

158. 19

Ve
3290

GRATIA. TRIADOS. SECUNDANTE.
INDULTU.
MAGNIFICI. ANTECESSORUM. OR-
DINIS. IN. ILLUSTR. AD. SALAM.
UNIVERSITATE.

X 7975675

AC.
PATROCINANTE.
VIRO. NOBILISS. CONSULTISS. ATQVE. EXCELLENTISS.

DN. JOH. VOLK. *Bechmann.*

JCTO. ET. ANTECESSORE. CELEBER-
RIMO. CONSILIARIO. SAXON. CURIAE. PRO-
VINCIALIS. SCABINATUS. AC. FACULTATIS.
SUAE. ADSESSORE. GRAVISSIMO.
MERITISSIMO.

DN. PATRONO. ET. PRAECEPTORE. SUO. EA. QVA. PAR. EST.
OBSERVANTIA. AEVUM. DEVENERANDO.

DISCURSUM. JURIS. PUBLICI.
DE

CONFRATERNITA-

TIBUS. ILLUSTRIVM. FA-
MILIARUM. IN. CIVITATE.

GERMANORUM.

PUBLICAE. VENTILATIONI.

AD. D. I. OCTOBR.

H. L. Q. C.

P. P.

GERHARDUS. TIDÆUS. STOLP. POM.

JENÆ. LITERIS JOH. NISII. M. DC. LXVI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.

Handwritten note in blue ink:
Bibliothek
1811



Sunt curvae in terris Animæ & caelestium inanes,
Quas meritò cispellis. Te præstantior armat
Spiritus, excelsos coelos spectare paratus.
Pandis amicitias, Magnatum pacta recludis
Fratrum à Te docto composta labore. Sagacis
Exeris ingenii vires, quas Sala celebrat,
Atque Tibi sic Niceteria magna precatur.

*Per. Eximio Domino AUCTORI
amicè gratulat.*

JOHANN-VOLK. Beckmann/D.
& Pandect. Prof. Publ.

Sic juvat Aonidum sectari culmina! nempe
Frater erit Phæbus, Pallas amica soror.

Ἐὐφροσύνας ἔνεκα

Præstantissimo Domino Respondenti,
Amico ac Auditori suo indefesso
I. mque f.

JOHANNES SCHMIDELIUS, D.

VIRO.

VIRO-JUVENI
Probitatis, ingenii & Eruditionis Dotibus
quàm maximè conspicuo,
DN. GERHARDO TIDÆO,

Jura

*privata pariter ac publica
sub Umbone*

JCti Excellentissimi,

DOMINI

JOH. VOLKMANNI BECHMANNI,
Antecessoris Salani Famigeratissimi,
felicissimè tractanti,

Egregios Profectus, horumq; indicem,
præsens Specimen,
ex animo gratulor!

** * **
Discedens THEMIDI quàm pignora pulchra
relinquis!
Vix ea sic poterit dememinisse Tui.

Amica manu scrib.

GEORG. GOEZIUS, Moral.
Prof. Ordin.

FINIS.



I. N. 7.

PRÆFAMEN.

Hereditas commodissimè à modis, quibus defertur, in ordinariam distinguitur & extraordinariam: Ordinaria est, quæ jure civili aut prætorio ordinariè defertur, Lege (per successionem ab intestato) vel ultima voluntate (per testamentum aut fideicommissum) vel ex utraque (nempe per bonorum possessionem, jure prætorio, *vid. Wesemb. t. de bon. poss. n. 1. ibiq. Dn. Hahn.*) Extraordinaria verò, quæ ἀνομάτως fit pactis Successoribus, partim jure civili L. 19. C. de pact. partim moribus hodiernis, *de quibus vid. Magn. Dn. D. Struve in Syntagm. Jur civil. E. 6. tb. 44. E. 10. tb. 11. E. 38. tb. 47. seqq. & Synt. Jur. Feud. c. 7. tb. 5. Schnobel ad Pand. D. 2. tb. 25. ibiq. Magnif. Dn. D. Praeses, Patronus meus sempiterna pietate venerandus, in praelect. publ. Dn. Hahn ad Wesemb. n. 4. tit. de pact. dotal. & D. de jure rerum conclus. 72.* Et modo quidem isthoc ultimo, successoriorum pactorum virtute, quando integrorum etiam Principatum integræ Familiæ heredes fiunt, & ob id sibi invicem, dum supersunt, fraterni juris vinculo nexæ (unde ea, quam pollicemur, confraternitas) non nihil de pactis istis attulisse juvabit. Scilicet est successorium pactum in genere nihil aliud, quàm conventio de viventis hereditate. Quoniam autem de hereditate aliqui ita pacisci possunt, ut vel denuò acquirant eam, vel illi jam quæsitàe renuncient, hinc Dd. id faciunt duplex. Aliud affirmativum, aliud negativum; Prius iterum vel acquisitivum, vel dispositivum, 2
3
4

A vel

vel conservativum esse docentes. Ad negativum affirmati-
viq̄ue posteriores binæ species nihil, aut nimis parva lucis
nostræ dissertationi fœneraturæ essent, etsi vel proluxa de iis
5 verba cumulemus. Absint igitur in præsens; Vos autem,
6 acquisitiva, adeste huc! Vestra causa est, quæ jam & semper
maximè favorabilis. Etenim, quàm notum est, quòd ac-
quisitivorum beneficio non in Germanica solùm nostra, sed
totias Europæ ferè qualibet civitate diversis illustribus Fa-
miliis eo jure frui liceat, quo aliàs vix ulli, nisi ex naturæ, be-
nignæ istius matris, benignitate, germanis fratribus! Quid
enim modo laudata sæpiùsq; dein laudanda illustrium ali-
quot familiarum illustris confraternitas magis operatur,
7 quàm fraternum inter illas studium, fraternamq̄ue ac mu-
tuam cum defensione successionem? Certè, acquisitivo-
rum virtute in eadem quoque familia conjugum is alterius
interdum conjugis hereditatem acquirit, qui aliàs eâ caruif-
set, Und pactum, quod, generis nomine retento, in specie
8 pactum conjugum dicitur. Quin, quòd etiam liberi diver-
si matrimonii per acquisitiva à Parentibus, ad secundas
nuptias transeuntibus, facta pacta non rarò ita uniuntur
invicem, ut ex æquo illorum hereditatem nansciscantur.
Hinc pactum unionis prolium, die *Einfindschafft* / in florida
9 est observantia. Et si qua acquisitivi pacti species datur a-
lia. Quam unà cum his quemlibet, cujus interest, & Docto-
res nostri, imprimis suprà laudati, & optima rerum magi-
10 stra, experientia, solidiùs edocebunt. Ego de nobilissima
earum, illustrium Familiarum confraternitate, pauculis de-
cerptis exercitium hoc Academicum instituturus, pro viri-
bus, i. e. remisè, id faciam; non aut pro ipsarum Familia-
rum Celsitudine ac splendore, aut confraternitatum seu
materici dignitate & amplitudine. Levem duntaxat atque
simplicem viam inibo ad delibandum summa illius doctri-
næ

nae capita, cujus singula consummatissimorum aliquot Vi-
rorum absolutissimi hanc in rem commentarii diligentissi-
mâ atque exactissimâ interpretatione tradiderunt. Dua-
bus quasi partibus integrantibus totum constabit negotium.
Ὀνοματολογία prima erit. Hanc excipiet *πραγμαλογία*.
Tu verò, optime Lector, conatibus fave & ignosce defecti-
bus, obsecro.

PARS PRIOR,

quæ continet

ὈΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑΝ.

§. I. **V**erba quidem ex proprietate intelligenda esse notis-
simum est, si nulla sit conjectura, quæ ducat aliò, *vid.*

Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 16. n. 2. Quapropter cui rectæ inter-
pretationis mensuram adhibere volupe est, mentem no-
stram colligere quidem poterit è pluribus signis, quòd non
in sensu proprio confraternitatis voce hîc usi simus vel usu-
ri. Quo tamen id possit feliciùs, ecce determinabimus. Sci-
licet proprietatem vocabuli hujus (qua id primitùs imposi-
tum est juri seu societati eorum, qui per utrumque Parentem
fratres sunt, aliàs germani seu, uti Rittershusius ad tit. de
grad. cogn. loquitur, pleni *Vollbrüder* appellati) nihil cu-
rantes arripuimus aliquam ejus significationem, quæ non
minus frequens est. Ex populari enim usu,

quem penes arbitrium est & j. & norma loquendi,
hodiè fratres etiam dicuntur illi, qui ex eodem Patre quidè,
diversa tamen matre, vel contra, sunt progeniti. Imò & ii,
quibus neuter Parentum naturâ communis est, sed demum
per unionis pactum, fratres vocantur. Prætereà ex societate
quorundam religiosorum inter se focii appellantur fratres
certi ordinis v. c. *der Brüderschafft S. Antonii, S. Jacobi,* a-
liòrumq; Monachorum, *de quibus Eberhard. à Weibe, medi-*

A. 2

tam.

- 6 *tam. pro Fœderibus l. 1. c. 4. n. 12.* Cujus generis confraternitatum seu confœderationum aliquot ordines etiam Reges, Principes atq; Civitates quædã, defendendæ religionis causa, instituere, sociis equidem in genere nomine Equitum insignitis, germ. *Ritter* (quasi *Dritter/das; sie selbst dritte geritten/Justus Ritter l. 1. instit. Feud. c. 3. n. 9.*) differentia tamen ergo peculiari quodã, v. g. aurei velleris, *des gülden en Velleres oder Flüßes* à Philippo Bono, Burgundiæ Duce, A. 1429. vel (*ix. Miscelium in Syntagm. histor. pol. l. 3. sect. 12. p. 979. & Boxborn. in Tabb.*) 1430. primùm instituti. it. Equitum ordinis periscelicis, S. Johannis, S. Michaëlis Archangeli &c. quos omnes latè persequitur *Limn. l. 6. de J. P. c. 2. per vos.*
- 7 Datur deinde privatorum quoque fraterna societas: Eaq; vel jurata, *geschworne* / vel per mutuam computationem inita *Sauff-Brüderschaft* / teste, præter experientiam, *Petro Ritter Disp. de confratern. tb. 12. lit. a.* Et denique illa, quæ jam nobis sacra est, confraternitas *Erbverbrüderung*. Hæ verò omnes, licet idem nomen commune habeant, definitionibus planè differunt; quas hîc excutere non vacat.
- 9 Hoc saltèm dixerim, quòd pars earum illicita sit, nempe privatorum fraternitas. *Knipschild de fideicom. nobil. c. 8. n. 438. Hahn de J. R. concl. 75. n. 4. Güttich tb. v. lit. a.* pars fratres sibi invicem non reddat heredes, ut, præter jam dictam, privatorum, *Carpz. D. de confratern. Sax. Hass. tb. 9. n. 14. & 15. Knipschild d. l. Societas religiosorum v. g. aurei velleris &c. Idem c. 8. n. 438. it.* per unionis pactum unitorum *Betsias de pact. famil. illustr. p. 135.* pars cum persona definat, ut iterum equitum societas, *Knipschild c. 2. n. 180.* pars alio modo à nostra differat. Quæ & illustrium familiarum est, & ad heredes transitoria, & ex communi Germaniæ rationabili consuetudine, ut suis locis ostendendum erit, licita, & confratres sibi invicem Successores in bonis faciens, conditione
 existen-

existente, veluti v. g. Serenissimo Electori Brandenburgico, Patriæ Patri Clementissimo contigit ut succederet Ducibus Pomeraniæ, horum ultimò superstite Bogislao XIV. stemma suum cum vita finiente A. hujus seculi 37. *vid Mirælius d. l. in fine. Strauch. in Sleidano continuato p. 296.*

§. II. Nihil autem hunc significatum impedit, quòd, si
voces simulacra rerum sint, ut sunt, nihil rebus conveniat,
quod à natura vocum alienum est. Tantum enim abest, rem
per vocabulum hoc sic denotatam repugnare primæ ejus
naturæ, ut potiùs cum isto jure fratrum, cui significando ini-
titiò mancipatum est, fermè idem jus notet, si solam, per
quam id constituitur, causam excipias, quæ illic est nativi-
tas, hîc conventio. Nam utique conventionales illustres
Fratres vi fœderis hujus, confraternitatis, sibi invicem Fra-
trum loco sunt *Güttich d. D. th. 1. lit. b.* & non secus, ac na-
turales, unâ familiâ producti, in omnibus bonis succedunt,
sicut etiam, præter jam celebratissimum Brandenburgicum,
successerunt Duces Saxonie Fratribus Comitibus Henne-
bergæ, *vid. Schonborner 2. Pol. 12. 13.* Imò, si vel maximè de
facto contingeret, ut extrinsecus impediatur à successione,
tamen habent jus constitutum in bonis demortuorum, quo
se fundantes hereditatis petitione conventionali omnia in
conventionem deducta petere & obtinere possunt *Habn de
jure rerum concl. 75. n. 15.* Porro, sicut illas communis ortus
quasi eosdem fecit, ita hos communia jura, mutua defensio
& omne mutuuum studium. Unde solenne est formulis eos
vocare *Gemeine ungesonderte Brüder.* Quæ omnia com-
modiùs infra, ubi de effectibus confraternitatis hujus, pro-
lixius diducentur. Hîc dixisse sufficiet, quòd, ubi causa-
tum est, ibi necesse sit esse vel fuisse causam. At verò omnia
ea, quæ fraternitatem propriè dictam sequi sueverunt, com-
moda vel onera, & hanc illustrium comitantur. Adeò, ut

obscurum amplius non sit, illustres familias ita confœderatas meritò dici confratres; vinculum autem, quo colligantur, confraternitatem conventionalem seu pactionalem licet non naturalem.

I §. III. Et quoniam confraternitas nostra fœdus est, non inconueniens erit, eam etiam honorare titulo fœderis confraternitatis. Imò etiam pacti confraternitatis. Quamquam nullus ignorem, sic poni efficientem metonymicè pro effectum *vid. Gütlich d. D. tb. 1. lit. a.* Illud verò minimè licebit, ut, si ad vernaculam devenire contingat, promiscuè utamur verbis: *Erbverbrüderung & Erbvereinigung.* Nam licet ea indifferenter adhibeant benè multi, quos inter sunt *Betsius de pactis famil. illustr. c. 5. p. 104. § 121. c. 10. p. 688. Clapmar. de A. R. l. 2. c. 21. inf. Ottho de J. P. c. 11. p. 401. Schönborner. 2. Pol. 13. in pr. Knipschild. de fideicom. famil. c. 8. n. 206.* fortè ob magnam, quam bina hæc fœdera colunt, affinitatem: Utpote quorum utrumque est hereditarium, ceu patet de confœderatione v. g. Saxonico Brandenb. Hassiaca A. 1587. inita ex verbis: *Dasß wir/unsere Erben und Nachkommen/alle unsere Lebetage einander Brüderlich / freundlich und gülich meynen/etc.* de confraternitate verò inter eosdem postea A. 1614. inchoata ex verbis: *und dasß diese unsere Erbliche Brüderschafft etc. von Uns und allen unsern Erben und Nachkommen stet ganz und unverbrochen solle gehalten werden/etc.* Unde etiam voculam: *Erb/utrique, tam der Vereinigung confœderationi, quàm der Verbrüderung* confraternitati rectissimè apponi docet B. Carpzov. *d. l. tb. 11. n. 26.* & utramque inde ab heredibus, eodemque (si hæc illi accessit) tempore, & iisdem renovationis solennitatibus, juramenti videlicet insuper præstandi, subscriptionis &c. renovari. Imò concordiam, pacem, paciscentiumq; & horum terrarum reciprocam defensionem, quam

quam die Erbvereinigung haud dubiè primariò intendit,
& sic non nisi ad pacem publicam collimat, etiam die Erb-
verbrüderung / ob reciprocam licet successionem suscepta,
semper includit, passim id docentibus instrumentis. Non 4
tamen iterum desunt, qui ingentem inter eas differentiam
agnoscant, præprimis *Limn. l. 4. de jure publ. c. 8. n. 126. & in
not. ad Ottbon. de J. P. c. 11. p. 401. Carpz. tb. 10. & seq. Arum.
disc. 6. ad A. B. th. 6. Hahn. de J. R. concl. 75. n. 16. Gütlich d.
tb. 1. lit. b. Hermann. Hermes in Fasc. J. Publ. c. 14. n. 49.* Perin- 5
de, ac nec rationes desunt. Differunt namque (quod & ex
definitione evadet clarissimum) causis. Et quidem 1. fina-
li. Confœderatio siquidem die Erbvereinigung immedia-
tè, velut diximus: mutuæ defensionis & auxilii, ubi opus
est, præstandi causa suscipitur; confraternitas successionis.
Ut itaque hætenus nihil utrique commune sit, nisi mutua
defensio, confraternitatis finis mediatus, 2. materiali seu
objectiva. Quæ in confœderatione est certus modus belli 6
pacisque tempore observandus, citra omnem de ditionibus
dispositionem *Hermann. Hermes d. l.* (dicitur namque Erb-
vereinigung non respectu hereditatis acquirendæ, sed con-
tinuationis in heredes, ut qui præsumuntur ejusdem esse vo-
luntatis & affectus cum prædecessoribus *Schönborner. 2. Pol.
13.*) In confraternitate verò aliter se rem habere deinceps
ostendetur. Denique 3. differunt causa formali, juxta id, 7
quòd ad federis fraterni validitatem requirunt expressum
superioris consensum & confirmationem, tum, quia id ma-
ximè inquitur super feudis, quæ absque consensu Domini ex-
tra familiam alienari nequeunt *t. t. de prohib. feudal.* tum,
quia Imperatori perspiciendum, ne id fiat cum detrimento
Imperii *Gütlich tb. 6. lit. a. Herm. Hermes d. l.* ad confœde-
rationis autem fœdus non præcisè, quippe quod cum aliis
Principum ac Statuum Imperii fœderibus manifestè Impe-
rio

rio profuturis semel pro valido declaratum esse probant ex
A. B. tit. 15. verb. Doch außgenommen die Verbündnis
und Eigen/so die Fürsten und Städte/wie auch andere/wes-
gen des gemeinen Land-Friedens unter sich gemacht und
aufgerichtet haben / *vid. Limn. d. l. 4. c. 8. à. n. 15. usq. n. 25.*
8 *add. Carpz. th. 13. n. 45.* Differunt insuper etiam formulis
confectorum instrumentorum, quæ rem diversam arguunt
L. 7. C. de codicill. Id quod cuilibet eas inspicienti pervide-
re dabitur. Exhibet earum aliquot Limnæus *d. l. 4. c. 8. n. 25.*
162. & seqq. Sequitur

PARS POSTERIOR,

quæ tradit

ΠΡΑΓΜΑΤΟΛΟΓΙΑΝ.

IN priori nonnullis *ὀνοματολογίας δίκην* præmissis ad ipsam
confraternitatis Illustrum in Germania familiarum na-
turam progredimur. Quæ, nisi fallor, optimè nobis per-
specta fuerit, si definitionem ejus, divisionem, requisita & ef-
fectus exposuerimus. Esto igitur

CAP. I.

DE DEFINITIONE.]

SECTIO I.

DE GENERE.

Sicut autem definitio traditur cognoscendi causa, teste A-
ristot. 6. Top. c. 1. §. 6. & c. 4. §. 2. ita eadem ex definito no-
tioribus & prioribus constare debet, *jx. eundem d. l. c. 4.* &
quidem ex naturâ notioribus i. e. universalibus d. l. At
omni re naturâ notiora sunt illius genus, sub quo tanquam
species continetur, & differentia, per quam ab aliis Specie-
bus differt l. c. §. 2. Omnis igitur res quoque per genus &
differentiam definienda est d. l. §. 5. latensque illius essentia

ita

ita per illa duo exponenda. Nostram Confraternitatē 2
quod concernit, constituit ea speciem confederationum
hereditariarum, seu realium, receptarum illustres inter Ger-
maniae familias, approbatarumque per A. B. tit. 15. *vid. Limn.*
l. 4. c. 8. n. 137. Carpzov. de confrat. Sax. Hass. tb. 11. n. 28. &
29. tb. 12. in pr. tb. 40. n. 55. & 56. Anton. Coler. de jure Imperii
Germ. sect. 70. & 71. Brautlacht. epitom. Jpr. Publ. l. 2. c. 7. n. 1.
& l. 8. c. 2. §. 6. & alios. Quia nimirum per eam publicum
bonum æquè, ac per alias licitas confederationes; æquè ac
per illam, quæ, licet sub nomine generis, peculiariter con-
fœderatio dicitur, cumque confraternitate eatenus conve-
nit, per dicta superiùs, admodùm curatur. Id quod mox la-
tius ostendetur. Item, quia etiam heredes ad sui observan-
tiam obligat, inque cæteris omnibus, quæ ad hereditaria fœ-
dera requiruntur, nulla deficit.

SECTIO II.

De

D I F F E R E N T I A.

Differentiam, quam vocant, specificam, five eam, quæ
confraternitatem in Esse speciei fœderum constituit,
aquè alia, cum qua convenit in conceptu communi, con-
ceptu proprio differre facit, à causis (velut in accidentium
definitionibus frequens est) tam externis, efficiente nimir.
& fine, quàm internis, materia & forma, desumi non incon-
gruum erit, modò priùs quamlibet earum paulò latius ex-
positam dederimus.

§. I. A fine, ut in practicis, ducendum est initium. 1
Cum verò omnis cum ratione suscepta actio non solùm pro-
pter certum finem sit, sed etiam finium (si subordinati sint)
unus propter alterum: ita tamen, ut in uno tandem omnia
studia & actiones nostræ desinant, quod sit finis omnium
i. e. ad quod omnia referantur cætera, ipsum autem aliò

B

nus-

2 nusquam ; videbimus , an idem in confraternitate depre-
hendere liceat ? Et deprehenditur maximè . Si enim ordi-
ne procedimus , videre licet , immediatum proximumque ,
qui intenditur , confraternitatum finem esse unius paciscen-
tium partis in alterius , quæ prior esse desinit , Principatu &
bonis successionem , *vid. Herm. Hermes Fasc. 3. P. c. 14. num.*
3 *49. pr.* Quæ successio simul proprius confraternitati finis
est , & per quem differt à quavis confœderatione alia , cui is
4 est minùs propositus . Proponunt verò huncce sibi finem
5 illustres familiæ iterum aliùs finis gratia . Ejusque multipli-
cis . Subditorum enim respectu , ecœe suprema iis Lex est
horum salus . Ut nimir. per confraternitatem ejusmodi
virtutem iis commendent omnem , præprimis verò fidelita-
tem & amorem , tum sui , Dominorum scil. (firmissimum
illud Principis munimentum *Senec. l. 1. de Clem. c. 19. Lips. 4.*
Pol. 8) à quibus subditi se tenerè amari sentiunt , quando su-
perstitibus iis de successore eligendo cura est ; tum quoque
mutuum utriusque Familiæ subditorum . Nam quamvis
hunc subditi tum Dominis suis , tum vicinis naturá debeant ,
quia tamen ejus subditi non semper adeò sunt memores , nec
super eo à Principe prodi potest Lex nec actio (quàm enim
angusta est , *ix. Senec. l. 1. de ira c. 27.* innocentia , ad Legem
bonum esse ? Quanto latius officiorum patet , quàm juris , re-
gula ? Quàm multa pietas , humanitas , liberalitas , justitia ,
fides exigunt ? quæ omnia extra publicas tabulas sunt) hinc
Princeps modo , quo potest , meliori subditos suos cives &
viros bonos efficere studet . De quo fine profectò nos dubi-
tare non sinit expressa illius passim in instrumentis facta
mentio , maximè confraternitatis Brandenburgico Pome-
ranicæ *ap. Limn. tom. 1. addit. ad l. 4. c. 8. n. 175.* auch zu Ver-
mehrung Lieb/Freundschaft und Verwandten/guter Nach-
barschaft zwischen Ihren Liebden und Uns und unser bei-
der seits

derseits Unterthanen. Deinde, ut utilitatem eorum curent, 6
denuò id docentibus verbis: umb Nuses und Friedens wil-
len Ihrer aller Land/Leute und Unterthanen / quippe quo-
rum maximè interest, certitudine ac regula successionis
præscriptâ pravas aliorum spes cohiberi *Tacit. 3. Annal. 56.*
Sine certo enim Principis herede, sine herede Regni publi-
cas vires ad se quisque trahit, Cic. Subditorum, inquam, in-
terest, scire, in cujus tandem aliquando sint transitori po-
testatem, ne alienis & peregrinis subjiciantur Dominis. *vid.*
L. 34. ff. de fideicom. libert. L. 43. de act. emti. Ex commix-
tione enim diversarum gentium corruptio quoque morum
& mutatio oritur Legum *Petr. Gregor. 4. de Rep. 4. num. 14.*
quod *Jx. eundem 10. de Rep. 5.* non cum exiguo subditorum
videtur conjunctum periculo; maximè, si mutetur quic-
quam in LL. fundamentalibus, quæ statum Reip. concer-
nunt. Id enim semper inducit aliquam alterationem, quæ,
utcunque parva existat & exigui momenti, suffodit pede-
tentim fundamenta, quibus Resp. sustinetur. Totum inde
hoc negotium clarè exponitur in formula confraternitatis
Saxo-Hennebergicæ: *Dasz unser beyderseits Ort / Land*
und Herrschafft zu Francken / die weil sie mehr / als an einem
Ort / zusammen gränzen und stossen / inmassen sie denn auch
vor 200. Jahren zusammen und in eine Herrschafft gegen
Henneberg gehörig gewesen / wenn sie durch eine neue kräft-
zige Erbverbrüderung zusammen verleibet und vereiniget
würden / nicht die geringste Wolfahrt des nachbarlichen
Friedens halben wiederfahren / und insonderheit auch das je-
nige verhütet werden könnte / damit nicht auff unsere eines
Fürstlichen Hauses und Stammes tödlichen und ledigen
Abgang ein frembder und unnachbarer Stamm dem andern
Theil zur Unruhe / Schaden und Nachtheil in derer Orten
einen einsetzen möchte / auch durch denselben allerley Ver-

neuerungen/wieder dieser Lande alt Herkommen/Gebräuche
und Gerechtigkeit / alsdenn erwecket werden könten / etc.
Hinc quoque expressis semper invicem sibi fidem dant e.g.
in confraternitate Brandenb. Pom. Ob etc. daß Ihre Liebe
den und derselben Erben alsden alle derselben Mannschafft/
sie seyn Grafen/Herren/Ritter oder Knechte/Burgmanne/
Bürger und gemeiniglich Bürge/Städte/Land und Leute/
Geistlich und Weltlich / bey allen ihren Rechten / Ehren/
Würden/Freyheiten/allen guten Gewonheiten darbey schüt-
zen / schirmen / handhaben und behalten sollen und wollen.
Imò & insuper subditis, id se petentibus, omne scriptis pol-
liceri se velle, quandoque addunt, uti factum cernimus in
Saxo-Brandenburgico-Hassiaca : Daß wir uns auch / ob sie
das begehren/gegen Ihnen auff zimliche und ehrbare Form
verschreiben sollen. Hac, inquam, prudenti de certo succes-
sore dispositione possunt motibus, vacante imperio Remp.
turbare solitis, tempestiviter obices poni. Verùm dices?
7 Tutiùs subinde esse, à periculo longiùs abesse, quàm supe-
randi illius incerta spe teneri. Et egregium interdum gla-
diatorem, quanquam corporis armorumque viribus instru-
tissimus in arenam descendat, exitialem plagam accipere,
quam non accepisset, si certaminis nunquam fecisset discrimen.
8 Fateri necessum habeo, quòd non sit ea humanæ
providentiæ vis ac conditio, ut, vel ad summum evecta fa-
stigium, casui non ulterius subjaceat; quòdque nec Argus,
quamvis totus esset oculus, Mercurii insidias evitare potue-
rit; cur non igitur aut violentius fatum, aut dominationis
seu omnia innovandi libidine prurientis ingenii, quod in
prioris optimi locum cedit, malè feriata vafrities Principis
Antecessoris, etsi circumspectissimam, providentiam elu-
dat? Interea tamen id propter Deum non debent non ora-
re clementem sinistra consiliorum eventus averfionem. Si-
cut

cut nec iis, quos tuendæ tranquillitatis publicæ, seu salutis
subditorum promovendæ, cura sollicitat, idpropter, quòd
illa consilia, quæ aliàs eventu rara non sunt, minùs dextrè
cedere possint aliquando, veterno laborare debent vel osci-
tantiâ. Cœterùm, ut ad propositum revertamur, si ad il- 9
lustres Dominos Confratres etiam adscendere licet, finemq;
propter quem hi successionem, conditione mortis existente,
certò futuram, stipulentur, investigare, iterum pervidere
datur, eum non unius esse generis. Et, ne dicamus, quan- 10
tum certitudo successoris ad conservandam autoritatem
Principis faciat *vid. Curt. l. 6. c. 9.* (unde Seneca heredes ap-
pellat adminicula Augusti, & Sueton. subsidia aulæ & con-
fortes Imperii, Plinius subsidia dominationis, *conf. Clapmar.
de A. R. l. 2. c. 21. & l. 3. c. 10.*) quantumvè ad arcana domus:
Et, ne fructum, quem capiunt ex amore subditorum, fir-
missimo Principatus munimento, denuò deprædicemus;
hoc unicè deprehendimus, pactum super hereditate pangi 11
ab iis, ut primò sic eò laxiorem nanciscantur occasionem,
in sculptam illam suis pectoribus fidem, concordiam atque
studium, quo optimus quisque quemlibet optimum h. e.
Princeps Principem, naturaliter profequitur, illam frater-
nitatem ac cognationem naturalem, quæ Regibus Principi-
busque inter se est (quam decorè repetitam esse ex summæ
fortunæ auspiciorumque communionem censet Bœclerus *diff.
Acad. de Auspicio Regio c. 4. p. m. 267.*) feliciùs colendi mani-
festiusque exserendi. Quem enim, quæso, finem alium, nisi
hunc, indigitant illa confraternitatis v. g. Saxo-Brandeb-
Hassiacæ verba: *umb angebohrner Lieb / rechter Freu und
sonderlicher Freundschaft willen?* Prorsus, quasi è tripode
dictum esset illud pronunciatum Grotii *de J. B. & P. l. 2. c.
15. §. 5.* quo ait, foedera quædam idem constituere, quod ju-
ris naturalis est, & non tantùm fieri inter hostes, qui à bello

- discedunt, sed olim & facta esse sæpe, & aliquo modo fuisse necessaria inter eos, qui ante nihil contraxissent. Idque inde ortum esse, quòd regula illa juris naturalis: cognationem inter homines quandam esse à natura, ac proinde nefas esse, alterum ab altero lædi: ut olim ante diluvium, ita rursus aliquo post diluvium tempore malis moribus esset oblitterata.
- 12 Deinde, ut ex mutua & stabilis successionis spe de defensione, fide & concordia constet, atque inde familiarum senescentium splendor atque dignitas conservetur *Schönborner. 2. pol. 13. Betsius d. l. p. 121. Anton. Coler. d. l. Ottho de J. P. c. 11. p. 402.* quam salvam manere interest publicè *L. 1. §. sed etsi servus. ff. de ventr. inspici.* Hinc solennis formula: *und als nun unser jegliche Parthey Ihres Fürstenthums/Gravschafften/Land und Leuten / nach laut dieser unser Brüderschafft/Auf- und Ubergabung/rechter Erbe ist/so sollen und wollen wir unser jeglicher den andern getreulich mit Landen und Leuten wider allermänniglich / niemands außgenommen/beholffen seyn/2c.* Tandem denique & ob hunc finem, qui jucundi naturam induit, ut sciant, bona sua ditiones atq; subditos, quibus tandem ampliùs præesse nequeunt, non ad ignotos, sed notos & amicos probatos; non ad externos, sed fratres; non ad crudeles, sed mites & concordés esse perventuros Dominos, *conf. supra n. 6. relata formul. Saxo-Henneb. cum perquam lugubre sit pertimescere & (si proles nulla restet) nosse, antiqua majorum prædia & castra, in quibus Pater defecit, minor crevit, ad manus externas tandem esse perventura L. 38. ff. de rei vind. L. 35. de minorib. L. 6. C. de bonis. qua lib. L. 22. C. de administ. tut. conf. Guttich. d. diff. tb. 7. lit. b. Knipschild. de fideicom. c. 7. n. 6. cum all.* Secus enim ubi est, tristius repetuntur illi *ex Ecclog. 1. Virg.*
- Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus hæc segetes? En, quo discordia civeis
Perduxit miseros! En queis conservimus agros!*
- vel

vel, *si mavis, ex Thren. Jer. c. 5. vers. 2.* hereditas versa est in
alienos: domus nostræ ad extraneos. Unde etiam Naboth
vineam, velut parentum hereditatem avitam, Regi Acha-
bo vendere noluit, *3. Reg. 21. vers. 2. & seqq. conf. Knipschild.*
de fideicom. c. 7. n. 1. seqq. c. 6. n. 49. & 336. c. 8. n. 183. Verùm 14
enim verò nondum omnibus in hisce, quantumvis satis bo-
nis, finibus, nec in unico eorum acquiescit excelsus illustri-
um harum animarum spiritus. Semper is plus ultra tendit.
Scilicet omnia hæc & singula illustres Familiæ unicè ad suæ,
cujus partes sunt, civitati præfixum scopum, laudabili di-
cam an venerabili exemplo? strenuè dirigunt. Causâ Rei-
publicæ nulla res iis potior est, *uti loquitur Tullius orat. pro*
Murena, conf. ejusdem l. 1. de offic. & somn. Scipionis. At ve- 15
rò Resp. Germanorum, nisi eam rectis à formis deflexisse
proprio ac turpi testimonio, *sunt verba Lampadii de Republ.*
Rom. Germ. P. 3. c. 1. §. 2. contestari velimus, pro fine habet
omnium & vel infimæ sortis civium salutem, i. e. beatitudi-
nem civilem, sive Summum Bonum, in exercitio virtutis 21
cum sufficienti rerum copia consistens, seu publicam tran-
quillitatem *conf. Brautlacht. epitom. Jurispr. Publ. l. 1. c. 11.*
n. 11. Sprenger. in Jpr. publ. p. 15. n. 2. Quanquam olim bea-
tæ vitæ expertes in sola ferocia militari suas curas defixas
habuerint majores nostri, *quod ex Tac. l. de moribus Germa-*
norum passim elucescit, conf. Conring. Diff. de Rep. antig. wett.
Germ. Erit igitur, hoc respectu, uniuscujusque vel initæ 16
vel ineundæ demum à Viris Principibus in Germania con-
fraternitatis ultimus finis publica salus. Et, ne de eo quic-
quam dubitare liceat, expressis eum suis adjicere Tabulis sa-
tagunt illustrissimi Domini Confratres. Aspice, si placet,
sæpè laudatam illam Sax. Brand. Hass. publicæ saluti in im-
mortalitatis Fano suspensam Naumburgi A. 1614. invenies
hæc: *Dasß wir uns dem allem zu volge / Gott zu Lob und*
Ehren/

Ehren/und/sonderlich wegen jetziger Läuſſte und vorstehenden
den H. Reichs Gelegenheiten/umb gemeiner Wolfahrt wil-
17 len/etc. Quin quòd ipse Imperator Carolus IV. in confraternitatis Saxonico Hassiacæ confirmatione de Ao. 1373. illum agnoverit in verbis: Das haben wir betrachtet/etc. und
sonderlich / daß dasselbe H. Röm. Reich mit Besserungen
und Einmütigkeit seiner Fürsten seeliglich gemehret und gestärcket wird. Maximilianus II. etiam istum finem de confraternitate Brandenb. Pomeranica specialiter prædicet in
ejus confirmatione de die 18. Martii A. 1574. Darzu neben dem allen auch zu Gemüth geführet / daß angeregte Vereinigung allein zu Pflanzung und Erhaltung guter Freundschaft
18 schaffe und nachbarlichen Willens so wol zwischen den Obrigkeiten selbst / als allerseits Unterthanen fürgenommen/ und uns und dem H. Reich nicht allein nichts nachtheilich oder abträglich / sondern vielmehr/nach Gelegenheit deren äussersten Reichs-Gränzen und allerhand Gefährlichkeiten
halben/fast nützlich und fürständig ist. Et imò universæ Reip. interest, singulis & vel infimæ fortis subditis benè esse, eatenus, quatenus sine horum etiam salute immediatis Imperii civibus & capiti haud beatis ac securis esse licet. Etenim dum singuli pugnant, universi vincuntur; quod de Britannis in vita Agricole Tacitus pronuntiavit. Sive, ut Hermodrates apud Thucydid. l. 4. inquit, dum singuli cladibus afficiuntur, universi in periculo sunt. Interest universæ Reip. singulos Cives esse bonos viros. Unde Arist. 2. Pol. 2. si quis unum hominem propter virtutem probat, is & civitatem
19 beatiorem esse dicet, quæ virtutis magis sit studiosa. Universæ, inquam, Reip. interest, ut certi sint Principatumum successores, ne, deficiente sine herede Principe, in partes distrahantur, aliamque in regiminis formam transmutentur. Hoc enim ubi sit exitiales discordiæ variique tragici tumultus
20

multus & intestina bella, sicque omnis generis mala in totam Remp. redundant, *Remig. Fesch. de fœder. concl. 24. lit. g.* *Güttich d. diff. tb. 7. lit. a.* Pax verò & concordia, cujus causam publicam esse constat, inter alias, ex *L. 21. §. 1. de captiv. & postlim. revers.* inter Imperii Proceres & membra ubi florent, & adeò hæc benè constituta sunt, ibi totum corpus tale censetur. Secus est, ubi ordinum dissensiones sunt Reip. venenum præcursoresque ruinæ, omnia opportuna insidiantibus facientes, *Liv. l. 3. Bodinus de Rep. l. 1.* At certè causa & medium vix fortius aliud dabitur, salubriter concordiam conciliandi, quàm hæc eadem confraternitas eorum, quorum præsidio dextera Imperialis roboratur, *ut loquitur A. B. t. 3.* Ita, ut verè dici queat pia & æterna pax imperii, in cujus tranquillitate totius orbis regularitas requiescit, *ceuhabent verba Imp. Heinrici in extrav. quomodo in lese maj. crimine proced.* Hæc dives radix, Confraternitas, est seges civitatum, seminarium bonorum civium, & bonum illud, sine quo nemo novit sua bona, *uti ex Paschal. in legat. c. 53. habet Carpzov. d. diff. tb. 6. n. 36.* Nec quicquam officit iudicium Sleidani, in fine orationis ad Principes Imperii: Fœdus, inquit, per omnem Germaniam & quàm latè Imperium patet unicum esse debebat, totius Reipubl. spectans incolumitatem. Nunc verò plurima sunt separatim & inter singulos. Quod est maximum, procul dubio, & alienationis animorum, & diffidentiae, & futuræ dissipationis argumentum. Tandem, quando ultimus actionum nostrarum finis vel talis est in certo genere, genere nempe actionum civilium, vel (postquam Christi militiæ nomen dedimus) absolutè ultimus, & ad quem omnia simpliciter referuntur, aut saltem referri debent, DEI nimirum gloria, haud dubiè is in confraternitatis fœdere quoque intendetur. Proinde quis est, qui eum negare audeat, nisi si cui

C

aut

aut sinistra præsumtio confidentiam peperit, aut minus at-
tenta verba suprà n. 16. citatæ formulæ: *¶ Ott zu Lob und
Ehren?* Et hæc finem confraternitatum meritò finient.
24 Nisi fortè unicum hoc adhuc addendum restat, quòd Re-
formatio Imp. Friderici de A. 1441. art. 12. ibi: *Dasß im
ganken Röm. Reich nun fürbaß kein Bündnis / Vereini-
gung/etc. sollen auffgerichtet werden/auch die Alten alle ab-
gethan / licet ita à Statibus approbata esset & in Imperio re-
cepta, uti non fuit unquam, nec est hodie; item, quanquam
Ordinatione Wormatiensi A. 1495. à Maximiliano I. latâ
von Handhabung des Friedens / ita prior non esset, nec per
hanc, utpote posteriorem, correctâ arg. l. fin. ff. de constit.
Princip. uti prior est, & implicite correctâ, sub titulo: Die
Königl. Majestât soll kein Krieg anfahen/verbis: Bünd-
nis die dem Reich zu Schaden/etc. quòd, inquam, tamen
ad illicita fœdera restringenda fuisset; nullatenus autem
opponenda his confraternitatibus, utpote publicæ pacis &
quietis causa susceptis: Cujusmodi enim quæ sunt pro be-
nè factis habentur, etsi contra jus facta fuerint, *Gloss. in can.
hec quippe caus. 3. q. 6. & can. quid enim caus. 23. q. 5. conf.
Reinking. de R. S. & E. l. 1. class. 4. c. 18. n. 8.* tantusque publi-
cæ utilitatis favor est, ut ea, quæ publicè utilia sunt, non in-
cludantur his, quæ Lege prohibentur *Carpzov. th. 40. 41.*
25 n. 72. 73. Denique, ut & hoc attingamus, Confratres neu-
tiquam pro fine habent mortem, sed successionem post
mortem. Dicis? Certitudo tamen successionis minimùm
præbebit occasionem voto captandæ mortis. Regero:
Quamvis contingat aliquando, ut quis*

Fortè sibi inrorsum & sub lingua immurmuret: ô si

Istius ebullet præ clarum funus; & ô si

Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro

Hercule: pupillumvè utinam, quem proximus heres

Impel-

Impello, expungam! Persius Sat. 2.

Etenim - - - *quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? Virgil.*

Non tamen id præsumitur in universum de Germanis, quoniam eorum plerique boni sunt *Job. Bolognetus ad L. ult. n. 66. C. de pact. Bets. d. tr. c. 5. p. 110.* & quibus nulli mortalium fide aut armis superiores, *Tac. de mor. Germ.* Imò, si daremus, quòd contingere possit, ut vel inter duodecim eorum Judas aliquis reperiatur; id tamen de **VIRORUM PRINCIPUM** nullo suspicandum erit, quippe quorum eximia dignitas, qua pollent, & in quibus integritas lumine clariori, quàm in aliis præfulgere solet hominibus, *L. 8. C. de summ. Trin.* id non fert. Cur non enim rectè potius de iis sentiamus, quàm pravè? Præcipuè, quia Christiani sunt & longè meliora docti. Accedit, quòd ipsi Domini Confratres per solennem protestationem, *also/wäre es/das & Ste verhüte /* quamlibet sinistram suspicionem à se declinent. Ut taceam, quòd, si certitudinem successionis causam dare voto illi quis dicat, nullus videam, cur bonis moribus conveniat (quod de fœdere confraternitatis communiter negant) donatio mortis causa, nuncupatò facta institutio heredis, substitutio pupillaris, & legitima hereditas; cùm omnibus his casibus quis certus esse possit hereditatis sibi, conditione existente, deferendæ. Nunc porrò, pro ratione methodi promissæ, de causa Confraternitatem efficiente nonnihil adjiciendum erit.

§. II. Efficiens quando vel principalis est, vel instrumentalis, dicimus, Confraternitatem principaliter fieri per confœderandorù placitum ac consensum. Hic ex principio actionum humanarum proximo, proæresi, æstimandus est. Quæ cùm sit actus voluntatis, & quidem ejusmodi, quem præcessit aliqua deliberatio, *Hornej. in Phila. morali l. 3. c. 4.*

§. 22. Simul inde elicitur, quòd consensum præcedere debeat scientia sive cognitio actionis, nempe confraternitatis incundæ, & mediorem; (quia secus frustra de ea susciperetur deliberatio) notitiam verò sequi voluntas, quæ demum, quando duorum est pluriumvè, dicitur consensus *L. 1. ff. de pact.* Consentientes autem dicuntur idem intelligere, idemque velle. Ulteriùs, quia omnis actio ex proæresi instituta libera est, liber etiam consensus hîc adsit oportet. Aliàs enim nihil ille minus erit, quàm consensus, *vid. Hahn. ad Wes. n. 5. de pactis.* Verùm, quia hujus consensus expressa mentio definitionem non ingredietur, sed is magis supponetur, pergo ad causam instrumentalem, unde etiam differentia desumenda veniet. Ad modum verò instrumenti seu mediæ se habet pactum successorium, acquisitivum hereditatis, quam pars imperialis reliquerit. Hujus de pacti justitia ante omnia constare debet. Quamvis enim confraternitates ratione finis & objecti (utpote à quorum bonitate actio moralis bona potissimùm suam derivat bonitatem & perfectionem) optimas esse demonstramus; bonæ tamen duntaxat forent secundum quid & respectu unius alteriusvè perfectionis, si modo vel unica iis debita circumstantia alia deesset, & inde malæ: malum siquidem nascitur ex quolibet defectu, bonum verò non nisi ex integra causa. Unde *Aristot. 3. Eth. 7. t. 94.* rectè dicit: peccata committuntur alia, quòd id agitur, quod non oportet: alia, quòd non, ut oportet: alia quòd non, quo tempore oportet, aut aliquid hujusmodi, *conf. Horn. l. 2. c. 7. n. 17.* Hoc igitur demonstrandum venit: an de viventis hereditate deferenda pacisci quisquam possit? Familiare est, quod dicunt: pacisci, contrahere &c. quis potest, qui naturâ vel Lege non est prohibitus, *Hahn. d. l.* Hîc, præsupposito, aliquem à natura non impediri, tantùm de Lege quærimus.

Jus

Jus autem sive Lex vel naturæ est, vel Gentium, vel civilis, *juxta tit. Inst. de J. N. G. & C.* Videndum igitur prius de naturæ & Gentium jure; contra quæ nos nec facere posse credendum est, *arg. L. 15. ff. de condit. instit.* Neutri verò 5 horum pactum ejusmodi repugnare, sed ita potius juris naturalis Gentiumque reductivè esse, *ut loquitur Grotius*, probatur hoc modo; Si pacta successoria, seu de viventis hereditate, violarent naturæ jus, quomodo vel olim militum de succedendo pactum *per l. 19. C. de pact.* valere, vel hodie inter illustres Germaniæ familias obtinere & Imperatoriâ quoque autoritate confirmari potuere? Adeò enim naturæ jus immutabile est, ut nec à Deo quidem mutari queat, *Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 1. n. 10.* Multò igitur minus homo vel Lex civilis in iis dispensare poterit. Contra Gentium jura si fiunt 6 ejusmodi pacta, aut contra omnium Gentium jura fient, aut duntaxat multarum. Verùm tam omnium, quàm multarum voluntate prohibitionem horum pactorum vim obligandi nactam esse, id affirmantis erit probare, *per L. 2. ff. de probat. ex usu continuo & testimonio peritorum Grot. d. l. n. 14.* Quod fortè nimis serò fiet. Jure civili Justiniano certum quidem est inter omnes ex *L. 4. C. de inutil. stip. l. 61. ff. de V. O. l. fin. de suis & legit. her. l. 6. l. 19. C. de pact. & c.* neque dari neque adimi pacto posse hereditatem adeò, ut neque naturalis ex tali pacto oriatur obligatio, *l. 5. C. de pactis conv. ibi: nullo modo debentur, l. 15. C. de pactis, ibi: neque ultimam obligationem, d. l. 4. C. de inutil. stip. ibi: nullius momenti, neque juramento, vid. Dn. Hahn. de J. R. concl. 70. n. 2.* neque stipulatione pœnali confirmari queat, *d. l. 61. ff. de V. O. conf. Knipschild. de fideicom. c. 6. n. 35. seqq. Herm. Hermes d. c. & n.* Verùm, ut olim expressæ Legis erat, duplicem saltem modum hereditatis deferendæ permittere: ex testamento & ab intestato *§. fin. J. per quas pers.*

cuiq; acq. l. 1. 2. & 3. ff. de her. pet. Ita hodie consuetudinis non minor vis esse debet, *arg. s. pen. Inst. de J. N. G. & C. l. 32. & seqq. ff. de LL. l. 2. C. qua sit longa consuetudo.* tertium adjicere: præsertim, cum ratio Legis 12. Tabb. ex qua omnis successio fuit, *Frantz. Ex. 8. q. 10.* non tam fuerit ex jure naturæ, quàm instituto potius civili petita (*quod inde colligit Herm. Hermes d. l. quòd Imp. Leo Nov. 19. pactum hoc probârit, quem tamen non probabile sit, naturali rationi contrarium statuisse*) *conf. Habn. ad Wes. n. 1. tit. qui testam. fac. poss. p. 352.* Maximè tamen ea pacta hodie propter confraternitates valere tradit *Knipschild. d. l. n. 44. seqq.* Accedit, quòd illa Imperator semper confirmet, adjiciatque clausulas salutares v. g. Carolus IV. in confirmatione Sax. Hass. de A. 1373. *So sehen / erkennen und läutern wir mit gutem Vorracht / rechtem Wissen / mit Kaysrl. Geseze / das ewig taugen soll / und auch von Kaysrl. Macht / Vollkommenheit / daß alle und jegliche unserer Vorfahren an dem Röm. Reich Kays. und Könige / Kaysrl. beschriebene und unbeschriebene Rechte / Geseze / Behaltung / Übungen und Gewonheiten der Lande / 2c. alsfern sie solche obgeschriebene Sachen und Stücke anrühren mögen / untüglich / unkräftig und unmächtig seyn und bleiben sollen / item pœnam in casum contraventionis: und wer der were / der darwider jecht freventlichen thäte / der soll / als offft das geschicht / 1000. Marck lötißges Goldes 2c. verfallen seyn.* Quæ sola confirmatio ad eorum validitatem sufficeret, *arg. l. 5. C. de legation. l. 1. & 2. C. ut digni. ordo serv. Carpz. d. diff. tb. 43. Schönborn. 2. Pol. 13. Herm. Hermes d. l.*

I §. III. Commodus hîc nobis trajectus est ad materiam Confraternitatum. Et licet, Philosophis passim id inculcantibus, alia materia sit ex qua, alia in qua, alia denique circa quam; Heïc tamen, ubi de accidente sermo est, priorem

rem invenire haud licet. Materiam verò in qua, seu subje- 2
ctum, in quo accidens illud, confraternitas, recipitur & est,
ipsa rubrica suppeditat. Nunc igitur hoc modò addendum,
quid familiarum, & quid illustrium familiarum nomine ve-
niat? Scilicet Familiæ vocabulum (quod ad res nonnun- 3
quam relatum pro substantia & hereditate bonorum accipi-
tur, *l. 195. ff. de V. S.*) eo sensu, quo ad personas deducitur su-
mimus. Idque non eo modo, quo refertur ad corpus, quod 4
jure proprio; sed quod communi universæ cognationis
continetur, seu, quod est universa agnatorum gentiliumq;
cognatio i. e. eorum, qui ex eodem Patrefam. originem gen-
temque suam trahunt, etiamsi singuli propriam alant fami-
liam, suique juris omnes existant, vel adhuc in potestate
sint, *d. l. 195. Et ibi Gædd. §. 3. n. 6. &*, quia etiam sic adhuc co- 5
gnatos comprehendit, *arg. l. 77. §. 28. ff. de leg. 2. Et l. fin. C.*
de V. S. solum hic stat pro agnatis, qui de eodem sanguine
procedunt, masculis, idem cognomen eademque insignia
gestantibus, *die eines Stammes und Nahmens seyn / einer-
ley Schild und Helm haben* / atque ita foeminas excludit, *vid.*
Knipschild. de fideicom. c. 1. à n. 22. usq. ad 47. Quamquam 6
non diffitear ratione finis unius alteriusvè, mediati tamen,
participes reddi juris confraternitatis, à masculis initæ, per-
sonas cognatas, ob generalitatem verborum: *Unserm Lan-
de und den Unsern zu Friede.* Mediati, inquam. Quòd e- 7
nim proximi, qui hîc intenditur, finis, successionis, hodie-
na Germaniæ de succedendo in Principatibus consuetudo
foeminas capaces non faciat, testatur *Knipschild. de fideic.*
c. 8. n. 188. 206. Et seqq. Cum Principatibus enim & admini-
stratio ac jurisdictio ad eas perveniret: At foeminæ ab omni-
bus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt; & ideò nec
judices esse possunt, nec Magistratum gerere, *l. 2. ff. de R. J.*
Idque meritò. Remp. enim gerere, si benè fiat, est onus 8
valdè

valdè grave, cui ferendo humeri muliebres admodum sunt
impares. Unde passim in jure nostro mulieres dicuntur fra-
giles *l. 1. §. pen. C. de rei uxor. act. infirmæ. l. 9. pr. ff. de jur. &
fact. ignor. imbecilles, l. 23. C. de nuptiis. l. 2. §. 2. ff. ad Sct.
Vellej.* Ex quo ipsas non tantùm facile circumveniri, *Nov.
97. c. 3. vers. nolumus igitur*, sed etiam ipsarummet consilium
adversus propria commoda laborare scribunt Impp. Ho-
nor. & Theodos. *l. 4. C. de sponsal.* Id quod illa candidè ap.
Euripidem fatetur: *Mulieres sumus, ad omnia bona consilia
ineptissima, malorum autem omnium artifices sapientissima.*
Nam, ut *Seneca ait*, Deus iis pectus instruxit dolis, sed vim
negavit, nec constantia in illis ulla, *Propert. 2. Eleg.*

Nulla diu fœmina pondus habet.

Quomodo igitur Remp. feliciter administrabunt? Sanè ipse
Deus miseram censet esse Remp. eiq; ferè maledicit, cui ha-
benas moderatur fœmina, *Esa. 3. vers. 11. & 12.* Hinc facetè
quidem, rectè tamen Aventinus: *So bald die Weiber res-
gieren/bedeut es nichts guts; Man schaue nur drauff/es ge-
het an ein Verderben/& paulò ante de regno Ægypti: Es
war schon von G. Ott zuvor beschlossen / daß es zerbrochen
werden sollte/drumb mußte es zulezt auf ein Weibesbild fal-
9 len.* Præter hæc ordinariè à successione in feudis arcentur,
1. F. 1. §. hoc autem not. 1. F. 8. §. 2. 2. F. 11. vers. ad filias. 2. F. 50.
Cujus rationem Herm. Hermes *F. 7. P. c. 1. n. 15.* putat inter
alias esse hanc, quia secreta (de quibus Vasallus domino in
damno esse non debet *1. F. 6. & 7.*) sibi concredita celare
non possunt. Celant enim (juxta vulgatum) mulieres &
10 pueri, quod ignorant. Quanquam nec iterum inficier,
quòd multis in familiis introductum esse Dd. testentur, ut
fœminis locus in successione pateat, nullo existente fratre,
Magnif. Dn. D. Struve Syntagm. Jur. feud. c. 9. §. 8. n. 8. Quin
& ipse Archi-Ducatus Austriæ, quamvis præ reliquis Duca-
tibus

tibus permultis superbiat prærogativis & privilegiis, non
excludit fœminas, quando expressè dicitur apud *Lim. l. 5. c.*
2 p. 38. Wo aber bemeldte Fürsten unerbsam abgiengen / so
soll das Herzogthumb und die Land an seine älti ste verlassene
Tochter fallen. Quocirca, si consuetudine introductum 11
est, ut fœminæ succedant, nec Lex, nec patrius mos aliter
jubeat, mulieres sceptri capaces esse concludunt *Dieterich*
in not. ad A. B. tit. 7. Lips. 2. Pol. 3. Ottho de J. P. c. 17. Liben-
thal. Coll. Pol. Ex 6. q. 5. conf. Arnif. c. 2. de Rep. s. 12. Schön-
born. 2. Pol. 12. Quod ipsum etiam procedit, si feudum 12
sit fœmineum, acquisitum scil. à fœmina, *Magnif. Dn. D.*
Struv. Syntagm. Jur. Feud. cap. 9. th. 8. num. 5. add. Schnobel.
Disp. Feud. 2. thes. 2. § 5. D. 9. thes. 17. § seqq. Ratio, quo-
niam qualitas personæ, feudum ab initio acquirentis, iis-
dem conditionibus ad descendentes transmissa censetur.
Unde & in Comitatu, qui à fœmina originem habet, ejus-
dem descendentes jure primogenituræ succedunt; feudum
tamen illud prius defertur masculis, & his deficientibus, de-
mum fœminis *Dn. Struve d. l.* Adeò, ut familiam, quæ fœ-
minæ beneficio feudum consecuta est, eum sexum ab illo
nova conventionem excludere, & id in aliam familiam trans-
ferre posse, iniquum, odiosum, à ratione abhorrens & cum
summa ingratitude conjunctum videatur *Betsio de pact.*
fam. illustr. c. 4. p. 87. nisi adhibitus sit consensus fœmina-
rum, quæ extant tempore pacti, deque quarum præjudicio
agitur *Herm. Hermes F. J. P. c. 14. n. 54.* Verùm, quando 13
ab allodialibus, etsi feudum non sit fœmineum, excludun-
tur per verba: Auch aller anderer fahrender Haab / nichts
außgeschlossen / beweglich oder unbeweglich &c. impium ne
erit filias privare eo, quod jure naturæ ipsis debetur *L. 4.*
C. de liberis præteritis? Respondet *Carpzov. de confr. Sax.*
Hass. concl. 56. eas nunquam penitus excludi. Ratione do-
D tium

tium enim, de quibus uti filiabus adhuc indotatis utique prospiciendum; ita & id semper sibi curæ habere illustrissimos Confratres, ne filia illustres ab omnibus bonis paternis, tanquã extraneæ & indignæ, prorsus remotæ & exclusæ videantur. Unde solenne instrumentis: Ob einige unter Uns vorgehandten Partheyen ohne ehliche Mannliche Gebuhr abgienge/und doch Fräulein desselben abgegangenen Stammes/die zu der heiligen Ehe noch nicht außgesetzt / nach sich ließ/das alsdenn die ander Parthey / auff die des abgegangenen Fürstenthumb und Land inmassen / wie vor geschrieben stehet / verstorben were / dieselben Fräulein / als viel der wãren / jegliche besonders außsetzen und berathen soll mit (--) Gulden 12. Eodem modo respondet Gütlich/concl. 5. lit. b. & addit, quod foeminae tamé hîc ex parte fiant heredes, nullus verò heres contra factum defuncti venire possit vel debeat. Coeterum & viduæ salva semper sua habent jura, usq; adeò, ut, si nondum certi quid de iis conventum, familia succedens ad satisfactionem obstringatur. Quæ omnia ¹⁴ docent formulæ. Ut verò tandem ad propositum revertamur, neque familiam constituere dicendus est Imperator & Rex Romanorum. Dignitas enim isthæc tantum personalis est, & ad heredes vel proximos agnatos non transit, cum ex quacunque familia Germanica illustri Rex & Imperator ab Electoribus liberè eligi possint, A. B. t. 1. & 2. per tot. conf. Reink. de R. S. & E. l. 1. class. 3. c. 2. n. 20. & 21. ubi refert versus Guntberi:

*Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, Sceptrumq; Patris novus accipit heres:
Nos, quibus est melior libertas, jure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.*
adeò, ut ipse Imprator; in capitulatione sua inter alia juramen-

mento confirmare & promittere teneatur, se nunquam fa-
cturum, ut hereditarium fiat Imperium, *vid. capit. moderni*
invictiss. Leopoldi art. 36. Quatenus igitur quis Imperator vel
Rex Germanorum est confraternitatis hujus subjectum
esse nullus poterit. Perinde, ac nec III. Personæ Eccle- 15
siasticæ, veluti Papa, Cardinales, Electores Ecclesiastici &c.
ob rationis identitatem; quod & horum dignitas cum
ipsis personis extinguitur. Quod & IV. verum est de or- 16
dinum, quorum supra mentionem injecimus, equitibus,
vid. Knipschild c. 1. à n. 172. usq. ad fin. Et hæc quoad prius.
Posterius hujus §. membrum prolixis exponere nil atti-
net. Usus docet, illustrium duntaxat titulo honorari in 17
Germania illos, qui superiores sunt nobilibus strictè ita di-
ctis, seu illis, qui sunt infra Barones & supra plebeios. Su-
premam illustrem familiam constituunt V. Electores se- 18
culares. Nam horum functiones ex aula veterum Regum
Francorum originem suam trahere quamvis indubium sit
per ea, quæ tradit *Lehman. l. 2. chron. spir. c. 1. & seqq.* &
tum, & sequentibus temporibus, *juxta eundem ibidem*,
non ad certas familias fuisse restrictas; sed, pro autorita-
te cujusque & meritis, à Regibus collatas; Attamen hoc
hodie aliter se habere manifestum est. Quanquam de tem-
pore, quo iis familiis plerisque, quæ hodie his dignitatum
apicibus corruscant, ex propriæ ac hereditariæ factæ fue-
rint, non adeò constet. De regno quidem Bohemiæ, ele-
ctitium an esset, an successivum, antehac etiam res inter
Regem & status controversa, nec tam atramento, quam
sanguine disputata fuit; sed jam nimium certa est, post-
quam Ferdinandus armis superior Familiæ Austriacæ id fe-
cit hereditarium, *sicut asserit Herm. Hermes F. J. P. c. 18. q. 4.*
Electorum familiis inferior, cæteris verò omnibus superior 19
est Archi-Ducum familia, soliquæ Austriacæ primùm tribu-

D 1

ta &

20 ta & hodiernum in quarto modo propria. Hanc excipit familia Principum simpliciter talium (sunt enim & Principes, qui simul Electores, Duces &c.) qualis Anhaltinorum, qui neque Duces neque Marchiones sunt, *Cluten. Sylloge rerum quotid. concl. 26. lit. c. add. Reinking. de R. S. & E. l. 1. class. 4. c. 8.* Principem tamen locum inter reliquos omnes tenent; Fortè, quia ea familia omnium vetustissima. Dicitur enim Ascania & originem ducere ab Ascano, filio Gomeri, nepote Japethi, pronepote Noë Patriarchæ, custode sacri ignis, h. e. religionis & doctrinæ, *uti habet Limn. de J. P. l. 5. c. 3. in pr.*

21 Deinde sequuntur Magni Duces: Duces: Comites Palatini; Marchiones seu Marggravii: Landgravii: Burggravii: Comites: Barones. *vid. Knipschild. d. c. 1. d. n. 106. usq. ad n. 168.*

22 Sed in nobilium, quos supra determinavimus, familiis an etiam confraternitas subsistere poterit? Immediatè equidem Imperio subjecti in territoriis & districtibus suis tantum posse dicuntur, quantum possunt alii Principes & ordines in suis, imò jura Principum obtinere & majori libertate frui, quàm Comites & Barones Austriaci *Knipschild. c. 6. n. 67.* Ut tamen familiæ eorum illustres appellentur (quod quidem ad subjectum confraternitatum requirunt *Dn. Hahn. d. J. R. concl. 75. n. 3. cum all. & Gütlich Disp. de confrat. th. 4.*) nescio, an hætenus in Germania receptus loquendi usus ferat? Quanquam dubitandum non sit, quin adulatio multa invenerit, amplificaverit, novaverit; sed non statim detrectare ista aut abolere ne Prudentes quidem potuerunt, & admissio semel exemplo, inter pares pro injuria est, imparibus titulis ornari. Quo factum esse judicat *Clariss. Bœclerus, diss. de elegantia moris civilis & aulici p. m. 670.* ut, quod adulatio à principio fuerat, paulatim ratio fieret. Cœterum in titulis sumus hodie faciles & liberales, non adeò avari, ut antiqui, sed ferè prodigi

ac

ac luxuriosi, *Dn. D. Joban. Andr. Gerhard. qq. contr. in jure
publico hexade 9. q. 5.* Tandem hoc circa subjectum con- 23
fraternitatum adhuc notandum, quòd id esse possit unica,
vel paulò plures personæ: dummodò tota, quæ fuit l. futu-
ra est, familia in iis sustentetur, spesque certa heredum adsit,
nisi frustra adjiciendam putaverint clausulam: si sine prole
decessero. Vidimus igitur hæctenus de materia in qua. 24
Jam vehimur ad materiam circa quam, sive ad objectum,
circa quòd actus confraternitatis versatur. Hoc duabus
constat partibus, quæ id in Esse completi objecti constituunt,
materiali & formali. Materiale seu res ipsa, circa quam 25
confraternitas occupatur, est hereditas illius, qui prior im-
prolis decedit; sumtò vocabulò hereditatis tum objective
(*uti sumit Dn. D. Hahn. ad Wes. n. 2. tit. de her. pet.*) sive pro
illo, quod relictum est à defuncto; pro universitate bono-
rum; toto illo universali & confuso *L. 119. ff. de V. S. L. 50.
de her. pet. L. 16. §. 4. eodem*, augmentum recipiente & de-
crementum, *l. 178. §. 1. de V. S. Erbschafft/ Verlassenschafft/
Nachlass/* comprehendente bona tam feudalia, quàm allo-
dialia seu patrimonialia, tum pro jure (facultate) defuncti
circa relictà. Formale est hereditas, quatenus est acqui- 26
renda per pactum successorium, conditione mortis existen-
te. Utrumque clarè exponitur in confirmatione Caroli-
na confraternitatis Saxonico Hassiacæ. Und haben denn 2c.
was das Fürstenthumb 2c. mit seinen Fürstlichen Ehren/
Rechten und Würden/ Graffschafften/ Landen/ Manßschaff-
ten/ Lehen/ Geistlichen un Weltlichen/ Stättè/ Besten/ Bür-
gern/ Leuten/ Gütern und Zugehörungen/ nichts aufgenom-
men/ als rechten ehlichen und dergleichen Mitgerben/ Ge-
meinern un Fürsten gnädiglichen verliehē. Ubi controver- 27
titur: An etiam Electoratus possit esse objectum pacti con-
fraternitatis? Pro negativa tam ratione dignitatis facit,

D 3

quòd

quòd ea non dependeat à dispositione hominis, sed Legis
tit. 7. A. B. quàm respectu ditionis Electoralis, quòd Electro-
ralis dignitas radicaliter in aliqua ditione sit fundata, eam-
que, ceu umbra corpus, subsequatur, ita, ut absque terra ea
(si fortè de hac sola pacisci velint, cum de dignitate, per
jam dicta, non possint) esse & subsistere haud valeat *titt. 29.*
A. B. ubi Dom. Arum. Disc. 6. thes. 27. & Rumelinus P. 2.
Dissert. 6. th. 17. scil. ne officium Electorale sit sine re-
ditu, nec reditus Electoralis sine dignitate, *ut ait Dio-*
nysius Gothofredus vid. Carpzov. d. diff. th. 58. num. 34. seq.
Respondet *(Süttich) th. 5. lit. b.* Et si Electoratus etiam in pa-
cto comprehendatur; manere tamen eum & dependere à
lege; nec etiam in commercio hominis esse (non enim tam
vi pacti, quàm investituræ de omnibus bonis à Cæsarea ma-
jestate factæ deferri eum putat.) Sed, quemadmodum, si
eveniret in quadam Electorali domo, ut illa stirpis ex-
tingueretur, Imperatori integrum sit, cui velit dignitatem
Electoralem cum annexis conferre, de quæ illa investire; sic
etiam ipsi liberum esse, vivente adhuc familia sub modo ex-
pectativo aliam, in casum contingentia, de Electoratu va-
cante investire, non secus, ac in reliquis Feudis *conf. Arum.*
ad A. B. Disc. 6. th. 6. Lampad. de Rep. Rom. Germ. P. 3. c. 4. n.
28. 9. Herm. Hermes F. J. P. c. 14. n. 52. Prætereà, nec illud du-
bio caret; An licitè fiat ejusmodi subditorum ad aliam fa-
miliam transmissio? Sanè, si cogitemus, Principem non
tam Dominum, quam Governatorem, Custodem & Pro-
tectorem subditorum esse, ejusq; sublimitatem & autorita-
tem quandoque ex populi processisse voluntate, non vide-
tur ipsi tributa tanta potestas, ut subditos facere possit, licet
post mortem suam, alieno Dominio subjectos *arg. Nov.*
149. c. 3. N. 161. c. 2. Veruntamen, si rursus pensitemus, quòd,
cum populus alienatur, propriè non alienentur ipsi homi-
nes,

nes, sed jus perpetuum ipsos regendi, quâ populus sunt, *Grot. l. 1. de I. B. & P. c. 3. n. 12.* aliud dicendum videtur. Dicis? Ne hoc quidem posse Principem, si populi voluntate delatum ei sit jus eum regendi: quia hoc non præsumatur populus voluisse, *Grot. d. l. n. 13.* sed id, quod maximè expedit *Grot. l. 2. c. 7. n. 14.* quale quid est, ut successio stet inter eos, qui descendunt à primo Principe, utpote cujus familia ob nobilitatem electa censetur; iis verò deficientibus Principatus redeat ad populum. An dico, Principatus ejusmodi in Germania vix dari, qui populi voluntate sunt delati; sed vel pleno modo à Principibus possideri inque patrimonio esse, vel tanquam Feuda ab Imperio dependere, Aut si dentur, Rectores eorum non, nisi cum consensu populi, hujusmodi confraternitatem pangere posse *idem d. li. 1. c. 3. n. 13.* Tantum de materia, pro instituti ratione.

§. IV. Hoc saltem restabit unum, ut brevibus de forma confraternitatum dispiciamus. Forma, vel, si mavis ratio formalis, confraternitatis nostræ, per quam est confraternitas, communiter statuitur esse pacifcentiû; de mutua successione conventio, *vid. Dr. Habn. de J. R. concl. 75. n. 7. cum all.* item confirmatio Superioris *Idem d. l. & Sittich th. 6.* Quod si verum est jam ex his omnibus talis potest elici confraternitatis definitio, quòd sit nihil aliud, quàm *duarum pluriumve illustrium familiarum, ob successionem in Principatibus & bonis alterutrâ illarum extinctâ certò futuram, per pactum successorium, à superiori confirmatum, facta hereditaria confœderatio.* Genus ponitur confœderatio hæreditaria: qui terminus complexus hîc non sumitur pro actione; quia sic non posset prædicari de definito in quid, quod tamen ad genus requiritur. Quis enim diceret: confraternitas est actio? Sumitur igitur pro unione, quæ per actionem confœderativam produ-
citur,

citur, consistente in mutua obligatione. *Differentia* de-
sumta est 1. à fine proximo, successione. 2. a subjecto, quod
sunt familiæ & quidem illustres. 3. ab objecto, Principa-
tibus & bonis. 3. à causa efficiente instrumentali, quam
indigitant verba: per pactum successorium 4. à forma,
confirmatione Imperatoris sive superioris. His itaque ca-
put primum absolutum est. Pergimus ad

CAP. II. DE DIVISIONE.

I.

GENERIS IN SPECIES.

- 1 §. I. **M**elioris distinctionis causa possunt confraterni-
tates dividi ratione objecti in universales & parti-
culares. Illæ sunt, quæ super omnibus paciscentium Prin-
cipatibus universonque Patrimonio ineuntur: Hæ, quæ
duntaxat super certo (si plures teneant) Principatu vel
2 certi Principatus parte. Ubi hoc advertas, non statim
particulares dicendas esse eas, in quibus certa pecuniæ sum-
ma reservatur illi, qui familiam finit. Servatur enim &
3 excipitur ea ferè semper. Fortè, ne testandi facultate
ipsi omninò ademtâ, in dubium vocetur ipse contra-
ctus, *Betsius de pact. fam. c. 5. p. 125.* (quanquam nec hoc
absonum sit in jure, ut illa per indirectum alicui adi-
matur, v. g. Monacho per ingressum Monasterii *auth. in-*
4 *gressi. C. de SS. Eccl. cui omnia acquirit.*) Sed, sicut in simili
ea, quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotiis
computantur *L. 64. ff. de R. J.* Ita hîc ob modicum id,
quod extrahitur, pactum confraternitatis non degenerat
in particulare; sed à potiori denominationem universalis
retinet.
- I §. II. Suntque iterum vel universales ex utroque
latere;

latere; vel universales ex uno, particulares ex altero; vel de-
niq; ex utroq; particulares. Priorum exemplum se sistit sæpè
celebrata & omnium antiquissima Confraternitas Saxonico
Hassiaca. Id quod patet ex instrumento superius c. 1. S. 2. S.
3. n. 26. jam eatenus allato. Universalium ex uno, particu-
larium ex altero latere individuum fuit etiam non una vice
laudata Brandenburgico Pomeranica. Brandenburgensi-
bus enim Marchionibus jus in omni Pomerania constitu-
tum fuisse clarè testantur verba: Wir Johann Georg B.
G. G. Marggrav zu Brandenburg/2c. Nachdem wir und
unsere Erben 2c. an der Hochgebohrnen Fürsten / unserer
freundlichen lieben Oheimen/Schwäger und Söhns / allen
Herzogen zu Stettin / Pommern/ etc. Landen und Leuten
die gesammte Händ und Anwartung haben / etc. Pomera-
niæ verò Duces, gloriosæ memoriæ, successionem in parte
duntaxat ditionum Marchicarum promissam habuere, per
ea, quæ sequuntur: Wann wir und unsere Mannliche Leis-
bes-Erben für und für mit Tod abgiengen etc. daß alsdenn
die obgemeldte unsere Neumarch und Land zu Sternberg üs-
ber der Oder gelegen / desgleichen auch die Lehnschafft über
die Häuser Lockenitz und Bierraden / sambt derselbigen Zu-
gehörigen Gütern / so viel der über die Marchische Land-
Gränz in Pommern gelegen/ etc. Erblich bey Ihren Liebden
und derselben Erben/als Ihren rechten Erbherren / bleiben
sollen. Neomarchia autem, quo & refertur ditio Sternber-
gica, quinta modò pars est Marchiæ, juxta illam ejus divisio-
nem, quam tradit Buno in Supplementis Cluverianis l. 3. c. 14.
(Ubi ipsi, præter Novam, Marchia alia est Vetus, alia Prignizia-
na, alia Media, alia Ulckerana;) Nedum ut omnia Branden-
burgensis territoria, quæ sat ampla sunt & numero multa,
significet. Utriusque partis respectu particulares quæ sint
vix evadet aliunde clarius, quàm ex fœderibus, quibus tres

E

vel

vel plures diversæ familiæ fraternè junctæ reperiuntur; quorum notissimum pariter ac nobilissimum est Saxo-Brandenburgico, Hassiacum. Etenim non possunt non talis fœderis virtute unâ familiarum extinctâ superstites ex parte succedere. Quid si ex tribus familiis tantum una tandem residua maneat, accrescentne huic utriusq; ex stirpatæ Principatus & bona? Videtur, quòd sic. Imprimis, si, velut in jam allegata, addatur: Da auch unter vorbenandten dreyen Häusern eines nach dem Willen & Sttes abstürbe/ und desselben hinterlassene Land und Leute unter die zwey überbliebene Häuser/ inmassen als obstehet/ vertheilet würden/ so sollen dieselbe zwey überbliebene Häuser nichts desto weniger in dieser Erbverbrüderung gegen einander ewiglich verharren. Sic enim (præterquam, quòd alias v. g. usufructu duobus relicto, & ab utroque quoad partes acquisito, postea tamen, altero repudiante, alteri statim is accrescit *l. 1. §. 3. ff. de usufr. accresc.*) in confraternitate ad mortem usque perstant, & consequenter ultimò superstes etiam penultimæ, licet eodem modo acquisita, bona acquirit.

I §. III. Cæterum est & alia distinctio, qua confraternitatum quædam sunt uni-lateræ, qualis fuit Brandenburgico Pomeranica, anteq. A. 1571. fieret ambilatera, *vid. Magnif. Dn. D. Præsès in prælect. publ. ad Schnobelii D. 2. thes. 25.* de qua mox pluribus; quædam ambilateræ, seu ubi ab utraque familia intenditur finis idem, successio nimir. alterâ extinctâ. Quæ posteriores haud dubiè magis propriè dicentur confraternitates, quàm priores.

II.

SPECIERUM IN INDIVIDUA.

NON animus est omnia hîc & singula confraternitatum fœdera, quæ vel substiterunt olim, vel hodiernum inter illustres in Germania Familias satis frequentes subsistunt, nume-

numerōso catalogo complecti. Felicius id præstitere Schön-
borner 2. Pol. 13. Hottom. *consf.* 32. n. 37. Eberhard. à Wei-
he l. 1. de fœder. c. 2. n. 35. Reinh. König *theatr. Pol. P. 1. c. 5.*
n. 49. Barthol. Muscul. *de constat. th.* 7. 8. & 9. Remig. Fesch.
de fœder. th. 24. lit. c. Petr. Ritter, *de confrat. th.* 10. Illa dun-
taxat hîc paulò luculentius & distinctius, brevibus tamen,
pensitabimus, quorum hæctenus sparsim & confusè injeci-
mus mentionem.

§. I. Scilicet Confraternitas Saxonico Hassiaca inita 1
est jam multum ante annorum memorialium tempus (sic e- 2
nim malumus id in incerto relinquere, quàm vel ad A. 1373.
cum Hottomanno, Ingolstadiensibus & Lovaniensibus consil. 9.
vol. 1. Besoldo diff. nomicopol. l. 1. diff. 14. n. 3. Reusnero consil.
1. l. 2. Bart. Musculo, de confrat. th. 7. vel ad A. 1262. vel 68.
cum Eberhardo à Weibe de fœder. l. 1. c. 2. n. 35. Arumæo disc.
ad A. B. 6. concl. 6. Reinkingio de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 18. n. 3.
Boxhorn. in Tabb. ad d. A. 1268. vel ad A. 1329. cum Micralio
Syntagm. bifloriar. pol. sect. 12. l. 3. p. 1054. referre, memores,
quantum semper discrepent Chronologi, in computandis,
& Historici, in assignandis annis, ne in illorum, qui lite-
rarum harum sunt callentissimi, reprehensionem, ob te-
merè definitum Annum, incurramus) à Landgraviis
Thuringiæ, qui hodiè sunt Duces Saxonix, cum Landgra-
viis Hassiæ: Confirmatam eam refert Limnæus l. 4. c. 8. 3
n. 164. à Carolo IV. A. 1373. Sæpius renovatam à Confra-
tribus Carpzovius *th.* 19. v. g. A. 1431. 57. 71. 87. A. 1537. 55.
87. & A. 1614. adeò, ut adhuc hodie inter eos subsistat.

§. II. His accessisse aliquando feruntur Marchiones 1
Brandenburgenses, ac ita novam confraternitatem pepi-
gisse. Quam confirmavit Imp. Fridericus III. A. 1457. 2
Limn. in addit. ad l. 4. c. 8. n. 163. Carpz. th. 52. & omnium
novissimè renovarunt illustres Domini confratres Naum-
burgi. A. 1614. E 2 §. III.

§. III. Deinde Joh. Fridericus II. Joh. Wilhelmus, & Joh. Fridericus III. Fratres, Duces Saxoniae, Vinarienses, fraternitatis foedus constituerunt cum Wilhelmo, Georgio Ernesto & Poppone, Patre & filiis, Principali dignitate Comitibus Hennebergicis A. 1554. Kalæ in Thuringia, ita, ut illi, his deficientibus, in toto Comitatu Hennebergico; hi verò illis in districtu duntaxat Coburgensi succederent.

2 Confirmatum id est à Carolo V. A. 1555. Eius quoque beneficio dictus Hennebergicorum, penitus A. 1583 extinctorum, Comitatus cum omnibus pertinentiis, paucis, quæ jure clientelæ ad Hassos translata fuere, exceptis, ad Serenissimos Saxones pervenit, *vid. post Dresserum isag. hist. millen. 6. P. 2. f. 564. Carpz. th. 36. n. 20.*

1 §. IV. Parile confraternitatis exemplum de Marchionibus Brandenburg. & Ducibus Pomeraniæ ab A. 1323. referunt *Güttich & Schönborn*, ex Chytræo *in chron. 1. 5. f. 156. & 365.* h. m. quòd postquam hi in discordi Electione Imperatoris investituram renovari neglexissent, Ludovicus Bavarus (quì tunc cum Friderico Austriaco de Imperio contenderat.) Pomeraniam in feudum dederit filio Marchioni Brandenburgensi. A quo cum illi eam in feudum suscipere renuerent, varii de eo tractatus habiti ac tandem bello negotium ventilatum est. In hoc cum pro Pomeranis fortuna stetisset, transactum, ut illi immediatè Imperio subesse continuarent, illis verò extinctis Ducatus ad Electorem Marchionem Brandenburgensem devolveretur. Verùm *Limnæus l. 4. c. 8. n. 175.* id propter statim inter eos fuisse confraternitatem negat. Aut, si fuerit, fuisse duntaxat unilateram. In additionibus tamen *ad d. l.* refert, illam A. 1571. ambilateram fuisse redditam, , licet inæqualem, àque Maximiliano II. Imp. A. 1574. rati habitam, *conf. eundem l. 5. c. 7. & 13.* Extitit conditio mortis in Pomeranis A. hujus seculi

culi 37. Verùm cum Sueci tunc Ducatum Pomeraniæ, tan- 3
quam armis suis & virtute occupatum tenerent, nec eo ce-
dere vellent, tandem, pace inter Imperium & Sueciæ Re-
gnum Osnabrugis A. 48. 27. Julii conclusa, res certo mo-
do composita est, *quem artic. 20. Instrum. Pac. docet conf.*
Micral. S. H. P. l. 3. sect. 12. à p. 1107. ad fin libri.

§. IV. Tandem, ut unicum hoc adhuc pactorum 1
confraternitatis reciproæ adferre liceat, fuisse tale inter
Reges Bohemiæ & Archiduces Austriæ testatur ex Chop-
pino *de doman. l. 3. t. 1. n. 8. Schönborner 2. Pol. 18. add. Carpz.*
ib. 38. Cujus jure etiam Austriæ Bohemiam olim accrevisse 2
statuunt, præter allegatum Choppinum, Eberhard à Wei-
he *de fæder. P. 1. c. 2. 36. & Arnif. 2. de Rep. 2. S. 12. n. 31. conf.*
tamen cap. 1. sect. 2 §. 3. n. 18. sub finem. Hæc iterum pro in-
stituti ratione de divisionibus. Pergimus ad

CAP. III.

DE REQUISITIS.

ET quoniam ad rem aliquam vel ita aliquid requiritur,
ut ad ejus perfectionem non possit non requiri eiq; adeò
competere; vel duntaxat ita, ut melius sit & utiliùs, illud
adesse, quàm abesse, hinc requisita dividere licebit in neces-
saria ad confraternitatis integritatem, & utilia seu minùs
necessaria. Sit autem

SECTIO I.

DE NECESSARIIS.

§. I. **B**enè multa quidem ad Confraternitatem requirun- 1
tur; Pleraque tamen eorum, ut manifesta, præsup-
ponentes ea saltem attingemus, quæ circa consensum oc-
currunt. Consensus autem hîc requiritur maximè Confra-
trum, si qui existant, anteriorum, ne illorum jus, quod in

indubitata successionis spe situm habent, intervertatur iis
 insciis & invitis, quod fieri non debet *arg. l. ii. ff. quib. ex cau-*
 2 *sis in poss. eatur.* Hinc quando Brandenburgenses cum Po-
 meranis pactum (ab horum parte) successorium pangere
 volunt, nihil habent antiquius, quam de consensu in illud
 sollicitare Saxones Hassos, docentibus id verbis: Auch dar=
 auff die Hochgebohrnen Fürsten etc. Herzoge zu Sach=
 sen etc. auch etc. Landgrafen zu Hessen etc. freundlichen
 vermöcht/das sie uns zu sonderm Ehren und Gefallen freund=
 lichen bewilliget/das Wir Unser Land/so über der Oder gele=
 gen/etc. von gedachter Erbverbrüderung dermassen außzie=
 hen möchten/das solches alles auff den Fall/wenn das Haus
 Brandenburg / welches der allmächtige GOTT gnädig zu
 verhüten geruhe/ganz und gar abgienge / außgezogen seyn/
 und neben andern Landen an die Chur- und Fürsten der
 Häuser Sachsen und Hessen nicht mitkommen noch fallen
 soll.

§. II. Requiritur insuper consensus Domini, à quo
 in feudum habentur Principatus, *juxta t. 55. 2. F.* Ut causa
 cognita illi perspicuum fiat, an ejusmodi confraternitas sibi
 & suo Imperio nocumento sit futura, nec ne. *Gail. obs. 127.*
n. 6. Gütlich concl. 6. l. d. An tales nanciscatur Vasallos,
 quos inclyta robora regni
 & validas nunquam pudeat dixisse columnas.

2 Unde repulsam tulisse Principes Anhaltinos, cum, Wolde-
 maro Marchione Brandenburgensi sine liberis defuncto,
 Marchiam peterent ex pacto, quod Imperator non confir-
 maverat, perhibet Peucer, *s. chron. in vita Ludovici Bavari.*
 Taceo, quod autoritas superioris plurima labefactet tela,
 quibus contra confraternitates vulgò insurgunt. *vid. Carpz.*
 2 *de confr. Sax. Hass. th. 33.* Cæterum hîc dixerim, quod Ca-
 pitulatio moderni invictiss. Leopoldi in art. 30. Feuda rega-
 lia

lia de novo alicui concedere simpliciter haud prohibeat:
Sed ita demum, ne id absq; consensu Electorum fiat. Et ita
nec ex eo, quod communiter dicunt, Imperatorem hodie
non habere potestatem, aliquem de Feudo regali primitus
investiendi, evincitur, quod confraternitates hodie am- 4
plius iniri non queant. Illud quoque dubio carere puta-
verim, quin illa pars capitulationis Caroli V. & Rudol-
phi II. Impp. qua aperta Regalia Imperii Feuda nulli se
deinceps eodem titulo iterum concessuros promittunt *ap.*
Goldast. tom. 1. const. Imperial. P. 2. f. 3. art. 23. ad Electoralia
feuda haud pertineat, ne sic Electorum numerus imminu-
atur, *vid. Arum. Disc. 4. ad A. B. tb. 16.*

§. III. Subditorum quoque, nisi hi pleno & heredi- 1
tario jure regentur, consensus necessario ad confraternita-
tem requiri videtur. Si enim non potest Princeps præju- 2
dicare paciscendo aliquibus ex subditis suis, quanto minus
poterit universis, præsertim in re tam ardua, à qua totius
Reip, & omnium subditorum salus dependet. *Bets. c. 5. p.*
127. At verò præjudicaret eorum libertati, in quam recide- 3
re dicuntur priori Principe quoad familiam prorsus extin-
cto, si præter illorum voluntatem alieno dominio eos sub-
jiceret, ceu superius jam de eo quædam tetigimus. *c. 1. sect.*
2. §. 3. n. 28.

SECTIO II.

DE UTILIBUS.

§. I. AD utilia confraternitarum requisita refero I. ne eæ 1
vincantur cum diversis in religione familiis. De 2
justitia quidem ejusmodi foederum, quæ sunt cum illis, qui
à vera religione alieni sunt, dubitare nos non finit Grotius,
de J. B. & P. l. 2. c. 15. à n. 8. usque ad 12. Attamen, an ad- 3
eò utile sit, præprimis respectu subditorum, dubium facit,
quòd facillimè evenire possit, ut defuncto jam sine masculino
herede

herede Dōmino, & successione ad alterum diversæ religio-
nis confratrem devolutâ, ipsa quoque religio mutetur:
quod certè cum maximo subditorum detrimento foret
4 conjunctissimum. Nam quamvis Principibus aliisque Ma-
gistratibus non id liceat, etsi aliis fundamentis non innita-
mur, per constit. Religios. de A. 1555. §. Es soll auch kein
Stand den andern noch desselben Unterthanen zu seiner Re-
ligion dringen / & Instrum. Pacis Cæsareo Suecicum art. 5.
§. 12. vers. placuit porro, & art. 7. ibi: *Salva itidem cujusq; con-*
scientiæ libertate; Imò, quamvis etiam salvam religionē, per
5 dicta superius c. 1. sect. 2. §. 1. n. 6. alterius partis subditis quan-
doque, & ipsis Confratribus semper promittant; contingere
tamen potest, ut penes animum omnia innovandi cupidum
locus forte relinquatur distinctioni quorundā, qua distingu-
unt inter coactionē propriè sic dictam, quæ fit per vim exter-
nam contra propensionem naturalē, & dicitur violenta; &
impropriè sic dictam, quæ fit verbis & rationibus persuaso-
riis, unde etiam persuasoria dicitur (de qua intelligunt il-
lud, quod *Lucæ 14. vers. 23.* habetur: *compelle intrare*) Ut
proinde animabus subditorum & imbecillioribus conscien-
tiis æquè periculosum sit, si verbis à semel vera agnita reli-
gionē abducantur, quàm si verberibus.

1 §. II. Non parùm quoque è re erit Reip. si Confra-
ternitas ab ejus Moderatoribus cum numero nimis Fami-
liis non contrahatur. Principatus enim & regna, quum
utilitatis publicæ sint, dividi nimum haud poterunt ad in-
2 star prædiorum privatorum. Quia regionum divisio non
solum Dominos pessimo publico multiplicare, sed & di-
vitiis, in quibus splendor salus, ac Decus Imperii non infi-
3 mum consistit, omnimodò diminuere solet. Per divitiis
verò crescere & conservari illud non minùs, quàm fami-
lias illustres, (*quas, his remotis, sordescere multis ostendit*

Knip-

Knipschild. de fideic. c. 7.) intellectu facilimum est. Firmi- 4
us itaque regnum est, si apud unum remaneat, quàm si por-
tionibus inter plures dividatur, *Justin. l. 21. c. 1.* Clam siqui- 5
dem non est, per divisionem omnia, quantumvis ma-
gna, imperia in prædam venisse, quæ sola unione in u-
num coaluerunt. *Vide sis interitum Imperii Alexandri M.*
apud Justin. l. 13. c. 4. 2. Curt. l. 10. c. 10. & aliorum mul-
torum.

§. III. Confratribus item in persona præsentibus 1
Confraternitates fieri expediet; cum multa accidere pos-
sint, cur iuratum non habeant, quod per Legatos actum
est. Idque eò magis, quòd jurandum ab ipsis est in pa- 2
ctum successorium, uti inferiùs ostendendum. Juramen-
tum verò vel solum præsentiam meliùs exposcit, quàm
missos nuntios sive Legatos. Unde quoque in renovata Sax. 3
Hassiacâ confraternitate expressis de ea cautum reperimus.
Fortè, ut fortiùs obligarentur, & magis solliciti essent de salu- 4
te animæ ipsimet jurantes in propria persona, quàm si per
nuntium admitterentur, nulli pensitantes, quòd nuntius
quidem eorum nomine juret, sed non eorum nomine, ob
fidem fractam, descendat in gehennam, *ut in simili dicere*
Autorem disc. von Justitien Werck refert Bend. Carpz. tb. 30.
num. 32.

§. IV. Nec exiguum valorem confraternitati conci- 1
liabit juramentum ei superadditum, sed fortiùs eam firma-
bit, usque adeò, ut subsistat de meliori modo, quo unquam
valere potest, neque per restitutionem in integrum, neque
per ullum aliud remedium rescindi possit, nec ab ipsis con-
trahentibus, nec ab heredibus eorum *l. 1. & auth. seq. C. si*
advers. venditionem. Dn. Hahn. ad Wesenbec. num. 5. tit.
de jurej. Magnif. Dn. D. Præses in prælect. publ. ad Schno-
belii Disp. 11. thes. 13. obs. præct. 3. conf. inf. c. 4. sect. 1. §. 5.

F

Quid

- 2 Quid autem, si Principes ad observantiam Confraternitatis se obstringerent interposita fidei promissione: *Bei Fürstlichen Gräflichen Ehren/ Treu und gutem Glauben* annon ita jurari sufficere? Quanquam aliàs injurato magis Principi, quàm aliis juratis fidem adhibendam esse scribat ex *Isocrate Chassander de glor. mund. P. 5. considerat. 4.* nec hujus promissionis modica vis sit, sed ex communi, quos *Carpz. tb. 29. allegat*, Doctorum opinione æquiparetur ea quoad obligationem corporali juramento (*Unde etiam Archiepiscopus quidam Coloniensis ap. Cranz. l. 6. c. 46. dixit: nonne verba Regis ac Imp. pro juramento sunt?*) nequaquam tamen inde ad substantiam & soliditatem actus inferre licebit.
- 3 Qui si corporale requirat juramentum, promissio sub fide Principis haud sufficere, cum non sit verum & propriè dictum juramentum *Wesemb. in parat. ff. de jurej. n. 6.* quia formali juramenti, scil. obtestatione religiosa destituitur, indeque, qui eam non servat, non fit perjurus *Dn. Habn. ad d. l. Dn. Strube Syntagma. Jur. civ. Ex. 17. tb. 11.* Formale verò per æquipollens adimpleri nequit *arg. l. 33. ff. de jurej.*
- 4 Verum an corporale juramentum hîc requiratur, non determinabimus. Hoc saltem dicimus, consultius & longè tutius fore, si id in hoc insigni & maximi præjudicii negotio à paciscentibus interponatur *vid. Guttich concl. 9. lit. a.* ad evitandas nempe cavillationes & propter obtestationem Numinis divini, ut si non amor virtutis & perfidiæ infamia, saltem formido pœnæ & iræ divinæ uti alios confœderatos *Eberh. à Weibe de fœder. l. 2. c. 1. n. 122. & seqq.* ita & hos adstringat. Hîc simul not. quòd plerumque & meritò juramentum post confirmationem Domini Feudi suspendant, ne frustra juretur. Nunquam enim præstari debet juramentum, quod præstitum non juvat, *Ernst. Cotbmann. l. 2. consil. 82. n. 20.*

§. V. Denique si de potenti provincia, quantum v is
pleno & hereditario jure propria, cujus subditi armis se ad-
versus ignotum & iis invitis obtrusum Dominum tueri
possunt, agatur, omninò consultum erit, requirere con-
sensum subditorum. Quia hac ratione multorum tumul-
tum & seditio-um occasio providentiâ Principum præca-
vetur. Hæc tamen ut prolixius exsequamur, instituto ar-
cemur. Maturamus potius ad finem. Si hoc duntaxat ²
prius addiderimus, quòd, licet Confraternitas semel con-
tracta & ab Imperatore confirmata in perpetuum duret,
sitque transitoria in heredes, qui ex conventionem anteces-
sorum æquè obligantur *l. 2. §. 2. ff. de V. O. Nov. 48. in pr.*
conf. c. 4. S. 1. §. 5. & facto defuncti contravenire nulli here-
dum fas sit l. 14. C. de R. V. L. 24. C. de donat. ea tamen pru-
denter &, post alias, ex urgentissima hac causa ab heredibus
renovetur, ne, quod antiquitus à tempore immemoriali ab
Antecessoribus gestum est, oblivioni tradatur, sed in re-
centi memoria conservetur ac denuò stabiliatur. Quid pe- ³
riculi enim subsit in reticentia ac sepultura eorum, quæ à
majoribus peracta fuerunt, neminem fugere potest. Et in
hisce ipsis terminis vivum præbet exemplum intermissio
renovationis Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ cum Se-
renissimo Electore Brandenburgico, ut, cum de antiqua con-
fraternitate in aula Imperiali non constiterit, repulsam tu-
lisse Principes confœderatos, novæ Confraternitatis confir-
mationem petentes, ferat B. Carpz. *d. Diff. tb. 52.* Nec ta- ⁴
men nimis sæpè renovanda erit. Siquidem perpetuæ obli-
gationis sæpius rogata confirmatio non tam contractus
confirmare, quàm perfidiæ consilia matu-
rare solet.

CAP. IV.
DE EFFECTIBUS.

Quando verò Confraternitas efficax est & inter vivos Confratres, & uno eorum, seu potiùs alterutra ex familiis confratribus extirpata, ordinis ergo licebit eos effectus peculiaribus Sectionibus includere, ita, ut fiat

SECTIO I.

DE EFFECTIBUS INTER VIVOS.

- 1 §. I. **U**Nnico hîc vocabulo expedire licet totum negotium. Scilicet, quòd Confraternitas operetur obligationem inter confratres mutuam ad servandum id, quod in pactum confraternitatis deductum est. Cujus generis species possunt quidem esse variæ; Nos tamen videbimus duntaxat de potissimis. Potissimùm videlicet obstringunt se ad fraternæ amicitiae exercitium ejusmodi, ex quo pro
- 2 sanguine junctis haberi possint. Nam utut naturâ impossibile sit, ut extraneus alterius extranei vi pacti aut statuti dicatur frater aut consanguineus (cùm jura sanguinis veluti
- 3 nullo jure civili possunt dirimi *l. 8. ff. de R. J.* ita nec nisi à naturâ constitui possint) juris tamen fictione & summi Principis absoluta potestate & privilegio, cujus voluntas Legis vigorem habet §. 6. *Inst. de J. N. G. & C.* efficitur, ut taliter seu fraternitatem paciscentes pro veris, naturalibus & ab uno sanguine productis habeantur fratribus. Tantum autem operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in vero *arg. l. 1. ff. de adopt. §. 5. Inst. quibus mod. jus patr. pot. solv.* Et parùm interest, insit qualitas naturâ, an verò
- 4 speciali privilegio *Zaf. cons. 1. l. 2. n. 9. qui ibidem n. 7. refert, Angelum cons. 376. statuere, quòd per hujusmodi confraternitates illud efficiatur, ut plura corpora & familiae in unam quasi coeant essentiam, adeò, ut non possit non adesse fraterna, ubi*
- tam*

nam jucundi & utiles animorum nexus interveniunt, & duo corpora uno quasi junguntur Spiritu.

§. II. Deinde quælibet ita confœderatorum pars tenetur alteram defendere. Si enim per Confraternitatem hanc talis contrahitur amicitia, ut plura corpora & familiaria pro iisdem habeantur, *juxta jam dicta, conf. Schönborn. 2. Pol. 13.* Juri & æquitati maximè conveniet, ut ab omni injuria mutuò se defendant, quippe quæ uni illata & alteri communis videtur *L. 1. & 2. ff. de lib. caus.* Sed quid agendum, si fortè duæ ex tribus confœderatis ita familiis ipsæ discordes causam bello ventilent, cui earum tertia auxilium feret? Communiter Dd. decidunt, quòd illi id debeat, quæ justiore causa belli fovet causam; quia causa deficiente bellum aliàs de generaret in latrocinium. Sed ita huic opinioni demum subscribit Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 15. n. 13.* nisi convenerit hoc, ne adversus eam auxilia mittere liceat.

§. III. Obligantur etiam Confratres ad hoc, ut neuter quicquam de bonis quocunque modo alienet, nisi quod peculiariter exceptum est. Quilibet enim eorum in bonis alterius jus quoddam radicaliter consecutus est, quod illi sine facto suo diminui aut auferri non potest *l. 11. ff. de R. J. conf. Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 4. c. 18. n. 19.* Nam quandoquidem fœdus confraternitatis valet in vim contractus, Legis vel statuti *Carpzov. th. 61.* firmissimè inferre licet ad effectum ejus irrevocabilem, quia portio ex contractu vel jure statutorio debita nullo alio modo est auferenda *l. 22. §. 1. ff. de adopt. l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. l. 3. ff. de interd. & re leg. Nov. 22. c. 33.*

§. IV. Præterea tenetur & uterque Confratrum ad promovendam salutem subditorum Confratris æquè, ac propriorum. Quin & eorum Dominus jam tum est. Non quasi cum altero simul imperet, sicque vel centum unius

Reip. sint Domini; Sed quia olim imperaturus est, sicque
4 jam tum gerit animum Imperantis. Unde etiam altera
pars alterius subditos vocare solet fideles: *Liebe Getreue!*
5 *Reinking. d. l. n. 28.* Nec quasi confraternitas inducat pu-
rum jus & subjectionis & superioritatis. Hoc enim suspendi-
tur ad casum contingentiae *Carpz. tb. 64.*

1 §. V. Ad hæc omnia verò & similia non ipsi tantum
pacificantes obligati sunt servare, postquam inter eos placu-
erunt, *L. 1. ff. de pact.* Sed & heredes eorum & successores,
utpote qui ejusdem voluntatis & affectionis cum Prædeces-
2 soribus esse censentur. Nam cum ipso Majoratu in fami-
lia hæc facultas Majoribus & Capitibus familiae à natura da-
ta censetur, ut negotia familiae efficaciter, adeoque & cum
virtute obligandi, expediant. Quum autem fati succum-
bente familiae capite non ipsa statim intereat familia, genui-
num obligationis subiectum, nec foedus confraternitatis in-
3 tercidisse putandum est. Accedit, quòd expressè de hoc
4 caveatur. Præterquam quòd aliàs jure communi omnis
obligatio in heredes activè & passivè transit. *L. 24. C. de fi-
dejuss. & mand. L. 49. ff. de O. & A. L. 59. L. 62. ff. de R. J. conf.*
Carpz. tb. 48. Gütlich concl. 8. lit. f. & dicta c. 3. sect. 2. §. 4.
n. 2. Sunt equidem plures adhuc & non minùs nobiles con-
confraternitatum effectus; sed huc à nobis, ob sæpe prætex-
tam rationem, quòd Exercitii Academici causa saltem ali-
qua attingere animus sit, non adducendi. Properamus
igitur ad alia.

SECTIO II.

DE EFFECTU POST MORTEM.

1 §. I. **H**ic videre licet, quòd finis, qui interdum proximè
intenditur, haud rarò ultimo demum loco obti-
2 neatur. Scilicet successionem, quam superiùs patuit esse
finem

finem Confraternitatis, demum post extinctam unam ex
contrahentibus familiam obtineri, sicque effectum ejusdem
esse, manifestissimum est. Nam quamvis possessione civili
Principatus & bona alterius partis, existente adhuc eâ, habe-
antur, exsecutio tamen in casum mortis suspensa est & ma-
net *Reinking. d. l. n. 12.*

§. II. Quòd verò successio effectus confraternitatis
fit, nemo, ut puto, negabit, nisi qui ea, quæ facta sunt, facta
esse pertinax inficiabitur. Sanè in oculos incurrit successio
Marchionum Brandeburgensium in Ducatum Pomeraniæ:
Ducum Saxoniae in Comitatum Hennebergicum. Co-
mitatum quoque Kazenelnbogensem parili jure ad Hassiæ
Landgravios devenisse refert *Molin. cons. 17.* Bohemiam iti-
dem ita Familiæ Archiducum Austriæ accrevisse supra c. 2.
§. 2. §. 4. relatum est ex sententia *Carpzovii.*

§. III. Tradunt tamen Doctores uno ore omnes,
quod jam in proœmium ex iis retulimus, successionem
hanc esse anomalam. Unde facilè colligere est, Illustris-
simos Confratres, qui vulgò heredum nomine indigitantur,
tales, non esse juxta modum loquendi, qui in libris juris ci-
vilis est receptus; (ut sint vel legitimi, vel testamentarii;)
sed ab utrisque differre, & anomalos, irregulares, conven-
tionales sive pactitios esse *vid. Carpz. cum all. tb. 61.* Ubi
quoque not. præsupponi hîc investituram simultaneè utri-
que paciscentium familiæ à Domino feudi factam; cum si-
ne ea successio in bonis Feudalibus obtineri nequeat *Dn.
Habr. de J. R. concl. 75. n. 13.* Et hic subsisto. *Inscribat De-
us, qui solus hoc potest, fraternam dilectionem cordibus eorum,
quorum res Christiana in manu est, mentemq; pacis amantem
dui, quaque semper cogitet, lectam se ministram ad regendos
homines, Deo carissimum animal.*

GLORIA TIBI, CHRISTE, PERENNIS.

3290
P A R E R G A.

- I. Jus Naturæ per dictamen rectæ rationis non definitur à priori. Unde nec sequitur: Recta ratio brutis animantibus nihil dicitur. E. illa neque sunt subjectum juris naturæ.
- II. An Jure Naturæ consensus Parentum ad nuptias Filii extra potestatem eorum constituti necessarius est?
- III. Jus Gentium de securitate Legatis præstanda non ad eos pertinet, per quorum fines illi sine venia ad alios transeunt.
- IV. Eodem jure non tantum is, qui ex justa causa bellum gerit, sed & quivis in bello solenni & sine fine modoque Dominus fit eorum, quæ hosti eripit.
- V. Eo ipso, quo quis scivit & passus est, vicinum per tantum tempus uti servitute, cum in rebus incorporalibus scientia & patientia vicem traditionis soleat obtinere, perinde est, ac si expressa voluntate titulo justo interveniente servitutum constituisset.
- VI. Si quis alicui mutuò dedit 100. thaleros in specie, tunc debet debitor eos in specie restituere.
- VII. Creditor à debitore solvente summam notabilem non tenetur in moneta minuta totam accipere.

QK: 158.

GRATIA
MAGNIFICI
DINIS. IN

P
VIRO. NOBILIS
DN. JOH
JCTO. ET.
RIMO. CONSI
VINCIALIS
SUÆ

DN. PATRONO. E
OBSER
DISCU

CONI
TIBUS
MILI

GERHAR
JENÆ.



Ve
3290

TE.
M. OR-
AM. X 1975675

ENTISS.
mann.
LEBER-
Æ. PRO.
ATIS.

A. PAR. EST.
LICI.

ITA.
M. FA-
TE.

P. POM.
LXVL

